Cæterū si fideicōmissi nomine, bona vñita, & perpetuo vinculo coalligata, atq; cum clausulis prohibitionis, alienationis, & perpetuitatis relinquenterunt, & vñus dūtaxat ad successionē admittetur, ita vt iure maioratus institutio fieret, atq; successio futura esset, tūc equidē obtineret in eo fideicōmissō decisio d.l. 40. Tau. & consequēter perpetuare representationis in illo admittiēda esset, tā in descendētium, quā in transuersaliū successione, ita vt nepos ex primogenito admittēdū esset, ac ipse solus exclusis alijs succederet, nō sicut de iure cōmuni, quo nepos & patruus simul cōcurrerbat, vt vidimus supra, cū successio maioratus sui natura vni duntaxat deferatur, nec pluribus possit cōpetere. Quod certissimum est, & ita agnouit Auend. dicta gloss. 2. numer. 40. Humada, in l. 2. titulo 15. part. 2. glos. 17. numer. 8. Sarmientus, in dicto §. in fideicommissō, numero 17. & sic accipiendus est Molina loco supra citato. Loquitur enim ipse, quando simplex fuit fideicōmissum, nec fideicōmissi nomine sic coalligata, & vñita, atquē adiectis vinculis, & prohibitionibus fuere bona relicta. Sic etiā accipiendo sunt conclusiones illæ, quas Blacius Flor. Diaz de Mena, in additionibus ad dictā decisionē Gām. 93. ex versiculo, prima cōclusio, vsq; ad versiculum,

Quotidian. contouers. iuris.

quinta conclusio, confecit. Et hæc resolutio confirmari poterit ex his, quæ in vinculis, & anniuersarijs perpetuis insta dicenda sunt obseruationibus sequent. ²²⁴

²²³ Deinde constituendum erit, atq; sub hac eadem decima obseruatione principali obseruandum, quod ex his, quæ hactenus diximus numeris præcedentibus super contrarietate glossæ, & Baldi, petenda etiam, atquæ deducenda est resolutio alterius quæstionis, vtrum sci licet in feudis habeat locum repræsentatio. Nam si repræsentatio locum haber, etiam in successione pendente ab hominis dispositione, vt cum Accur. & sequacib^r, cōtra Bal. & sequaces defēdimus: planū equidem erit, in feudis quoq; atq; indistincte repræsentationē locū habere. Si verò dūtaxat habet locū repræsentatio in successione abintestato, quæ verè hæreditaria ēst, non verò in successione ex hominis dispositione proueniēte, vt Bal. & sequaces affirmant, planū etiam videbitur in feudi successione hæreditaria, siue quæ abintestato. Iure hæreditario deferatur, locum esse repræsentationi, in successione vero feudi ex pacto, & prouidētia acquisiti, repræsentationē non admittēdam. Et ita huiuscē quæstionis resolutionē, ex alterius vera resolutione, scilicet gloss. & Bal. metiū tur, atq; diffiniunt fere omnes, qui articulū hunc successonis feudi attingūt, atq; post alios expressim Menoc. in cōs. 200 nu. 56. in fin. & n. 57. 58. & 59. lib. 2. Aluar. Valascus, de iure emphiteutico, quæst. 50. numer. 1. & numer. 7. Caldas Pereira, de nominatione emphiteutica, quæstione 17. num. 28. & 29. Craueta etiam, Cephalus, & Bursatus, ac eos referens Petrus Antonius de Petra, de fideicommissis, quæstione 11. ex num. 144. usque ad numer. 152. qui dicunt, in materia successionis feudi idem dicendum, quod in materia fideicommissi, quia equiparantur in hoc. Nata etiam, in consil. 217. à successione fideicommissi, & doctrina Bal. in d. § in fideicomissio. Regulādā prefati dubij resolutionē existimauit, & ideo deceptus est, prout Hippol. Rimin.

in cons. 410. nu. 17. & tribus seq. & n. 28. cum pluribus seq. latius, atque eruditè (vt adsolet) ostendit.

Ad rem itaq; magis accedēdo, impi mis constitūēdum erit, quod in feudorū materia licet regula sit, quod deuoluātur in proximiores, c. i. in fin. ibi: *Et hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere.* In titulo de natura successio. feud. per quē ex cōmuni sententia sic firmauit Tiber. Decian. in cons. 55. nu. 49. lib. 3. attamen, & in feudis filius intrat in locū patris, & succedit, vti successisset pater, est enim receptum, vt in illis locū habeat repræsentatio. cap. i. §. his verò deficientibus, in titul. de gradibus successio. in feudis, glos. in d. c. i. de natura successio. feudi, & ibi Bal. & alij, & in c. i. in princip. vbi etiam Bal. & Aluarot. qui dicit hoc esse indubitatum apud omnes per illum textū, de successione feudi. Et cū pluribus authoribus sic resoluūt Tiber. Dec. d. cons. 55. n. 50. lib. 3. Didac. Cōua. pract. c. 38. nu. 13. Tiraquel, de primogenitura, quæstio. 40. num. 20. Aluarus Valascus, dicta quæstione 50. numero 1. vbi subdit, id intelligendom in successione descendentiū, nepos enim succedit in locū patris, & eum repræsentat, tam si sit solus quam ad concurrendum cum patruo filio vassalli defuncti. Idquæ probat ex generalitate textus, in cap. i. circa principium, de successione feudi, dū vocat ad seudū filios, & nepotes in locū patris sui, ibi: *succedunt filij aequaliter, vel nepotes ex filio loco sui patris:* & latius id fundat, atque eo casu succedunt nepotes cum patruo in stirpes, & non in capita. Deinde Valascus ipse nu. 3. notauit similiter, quod in successione etiā trāsuersaliū, filij fratris prēmortui repræsentant patrē suum, & succedunt simul cum patruo in feudo fratris, qui sine liberis decessit, vt notat̄ multi authores ibi relati. Auend. etiam, glos. 2. d. l. 40. Tau. nu. 45. & est casus clarus, in capit. i. incipit per successionem, in titulo de successione fratrum, vel de grad. succendent. in feud. §. i. ibi: *His verò deficientibus, vocantur primi fratres, cū fratrum prēmortuorum filijs.*

²²⁷ Denique eodem nu.3.in fin. recte dixit, & alios authores sic tenetes retulit Valasc. quod representationis ius est in linea recta descendentium in infinitum in feudis, sicut in allodialibus, in collaterilibus verò usquē ad filios fratum inclusuē, post fratum autē filios non representat filius personam patris in feudis, sicut nec in allodialibus bonis, vt etiam Couar. ibi relatus obseruat.

²²⁸ Secundo deinde, atq; in eodem articulo constituendū est, in feudo hæreditario tradidisse vnam inter omnes interpretes, locū esse representationi, & filiū intrare in locū patris, nec aliquē in hoc haec tenus dissentire, prout scripsit post Angel. Alex. Corn. & Curt. Iuniorem, Menoch. in consil. 200. nu. 54. & 64. lib. 2. & in consil. 489. num. 20. & 21. lib. 5. & præsumptio. 95. num. 41. lib. 4. Hippolyt. Riminald. in consil. 410. ex numer. 15. & 16. libro 4. Roland. in consilio vltimo, numer. 15. & pluribus sequent. volum. 1. & in consil. 68. ex numer. 28. eodem volume. Franciscus Bursatus, in consil. primo, num. 24. volume primo Ioannes Cephalus, in consil. 313. ex numer. 20. cum sequentib. libr. 3. & in consil. 124. numer. 40. & pluribus sequentibus, lib. 2. Tiberius Decianus; in consil. 3. ex numer. 152. lib. 4. Aluarus Valascus, de iure emphiteutico, dict. questione 50. numero 4. Velasquez Auendañus, in l. 40. Tauri, glossa 2. numero 45. & 46. Peregrinus, Molina, Couar. Petra, Cald. Pereira, Matiençus, Pater Molina, & alij. quos infra commemorabo. Et quidem hic casus definitur, atque comprobatur ex his, quæ numeris præcedentibus remanent resoluta, & scripta, cum idē iudicemus de feudo hæreditario, quod de alijs bonis hæreditarijs, & liberis, siue de hæreditarijs successionibus, in quibus representatione admittitur regulariter, vt Menochius, dicta præsumptione 95. numero 41. Aluarus Valascus, dicta questione 50. numero quarto, & Auendañus, dicto numer. 46. glossa 2. recte perpendunt.

²²⁹ Dicitur autem feendum hæreditarium

illud, quod scilicet, obtineri non potest nisi ab eo, qui sit hæres, vt Valascus dicto numero 4. affirmat. Et quod concessum est pro se, & hæredibus, vt per Iserniam, Bal. Alexan. Decium, Parissium, Gozadin. Romanum, Iasonem, Curtiū Iuniorem, & alios, quos citat, & quando feendum dicatur hæreditarium, & an in dubio hæreditarium præsumatur, vel ex pacto, & prouidentia, latius, atquē eruditus explicat Tiberius Decian. in consil. 24. ex num. 64. usquē ad numerum 71. libr. 1. & in consil. 9. numer. 5. libro 2. & in consilio 3. ex numer. 152. usquē ad numerum 155. & numer. 169. usquē ad numerum 189. libro 4. vbi inuenies maximam contradictionem in hoc vltimo punto. Nam in dubio feendum censendum esse potius hæreditarium, quam ex pacto, tenuerunt permulti, quos ipse Decian. dicto consilio 24. numero 70. volum. primo, retulit, & huic parti accessit Didacus Couar. practicarum, dict. capit. 38. num. 13. Aluarus Valascus, dicta quest. 50. numer. 4. in fine, qui secundum frequentiorem sententiam firmat, etiam in casu dubio feendum hæreditarium censeri, & pro successoribus, & hæredibus datum, & ideo probabilius esse, tunc etiam esse locum representationi. E cōtra tamē, quod in dubio interpretatio capienda sit, vt ex pacto, & prouidentia censeatur potius, quam hæreditarium: tenuerunt permuli alij, quos citarunt Tiraq. de primogenitura, questione 35. numer. II. Tiberius Decian. dicto consil. 3. nume. 169. cum sequentib. libr. 4. vbi in hanc partem magis videtur animum suum inclinare, & esse veriorem dixit Matienç. in l. 5. titulo 7. glossa 5. numero tertio, libro 5. nouę collectionis Regiæ. Sed quod attinet ad effectum representationis, inuestigatio hæc & differētia, ideo modicæ utilitatis visa est, quod in utrāque admittendam esse representationem, defendemus statim.

Ex pacto autem, & prouidentia, sine familiare, non verò hæreditarium feendum dicitur, quando alicui conceditur

Quotidian.controuersi.iuris.

pro se, & suis liberis, & descendantibus, vel proximioribus de familia, nec sit aliqua mentio hæredum, vt ex superioribus authoribus colligitur, & per Pinellum, 3. par. I. I. C. de bonis mater. nu. 84. Roland. in consil. 55. num. 9. libr. 3. & post alios, Hippol. Riminal. in consil. 410. numer. 17. libr. 4. In huiusmodi autem feudo ex pacto, & prouidētia, q̄ repræsentatio non detur, constāter defendit Nata, in consil. 127. cum tribus seq. quo in loco, & in consil. 679. eum retulerunt Riminaldus, & Petra, infra referendi. Audacterq; affirmat, memoratam conclusionem de repræsentatione in feudo admittenda, procedere duntaxat in feudo hæreditario, non verò in feudo ex pacto, & prouidentia concedētis. Et esse communem opinionem dixit Menochius, lib. 4. dicta præsumpt. 95. num. 42. & in alijs locis ibi relatis. Probauit autem restrictionem, siue opinionē istam Nata, imprimis ex doctrina Bal. in dict. §. in fideicommisso, l. cum ita, ff. de legatis secūdo, de qua plenè actum fuit numer. præcedent. quod scilicet nepos nō ingrediatur in locū patris in dispositiōne hominis, & sic quod in fideicommisso representationi locus non sit, quæ tamē quā falsa sit, atq; cōmuniter reprobra ta, ex dictis etiā supra, plusquā manifeste deducitur, & in terminis, vt Nata respōderet, sic obseruauit Hippol. Rimin. d. consil. 410. num. 37. lib. 4.

Secundo mouetur Nata per Alexandrū, in consil. 204. cōsideratis verbis, col. 2. libr. 2. quē etiam retulit, ac etiam in consil. 129. lib. 5. Auendañ. gloss. 2. dict. l. 40. Tauri, nu. 47. & dicti consilij Alexand. 129. mentionem etiam fecit Riminaldus ipse, ibidem, numer. 40. atque ex num. 38. vsquē ad numer. 44. eleganter, atquē erudite Alexand. satisfacit, sic vt in contrarium expendi non debeat, nec ipsius authoritas aliquid vrgeat.

Tertiō corroborat opinionem præfatā Nata, argumento sumpto ab operis libertorū ad feuda, vt latius recenset Riminal. metidem, eodem consil. 410. num. 23. & 24. & numeris sequentibus, huic

fundamento responderet adeō concludē ter, vt nihil vltra adijcere, necesse sit.

Postremo pōderat Nata ipse, vigere contra nepotem doctrinam Bart. in authent. post fratres, C. de legitimis hæredibus. Vbi loquens in feudo Regni, Apulliæ, Bartolus dicit, quod cum nō ha beatur iure successionis, sed ex donatione dominica, nepos non assumit locum patris: sic enim Bartol. sentit aper te, quod in feudo quod debetur ex prouidentia coneedentis, nepos non ingrediatur paternum gradum. Sed & Bart. traditioni illi, satisfacit eruditus Riminaldus metipse, eodem consil. 410. numero 49. & 50. & 51. & numero 52. dicit, nec eum etiam turbare Butrij consil. 47. de quo Nata non meminit, & idem Riminaldus, num. 27. ponderavit, & errore manifesto Butrium lapsum, dicto nu. 52. demonstrat aper te. Vides ergo Nata nihil firmū aut validum pro se adduxisse, omnibus potius, quæ pro se ponderauit, Riminal. respōdisse, vt ibidē inuenies, ne ab alio, & sic eruditus admodū viro plena manu adnotatū, atq; scriptū transcribamus (quod maximū vitiū est.)

Cumani autē, Rubei, Curt. Couar. & aliorum authoritas, quos Valascus, dicta quæst. 50. num. 4. & Auendañ. dicta gloss. 2. l. 40. Taur. num. 47. retulerunt, turbare quoquē nullum debet, vt pote cū ex his, quæ in successione fideicōmis si, supra diximus, atq; ex his, quæ Riminaldus metipse, dicto in loco annotauit, eorum obseruationes conuincantur, atque destruantur aper te, quanuis ipse horum authorum mentionem non fecerit. Auendañus etiam, Curtij, & Couar. non meminit. Idcirco distinguēdū non esse, an feudū hæreditarium sit, siue ex pacto, & prouidētia concedētis, pcedat, sed quod indistincte in feudo etiā si iure hæreditario nō deferatur, repræsentatio semper admittenda sit, validissime, & consta tuerit Hippolytus Riminald. dict. consil. 410. ex nu. 28. cū multis seq. lib. 4. & nu. 44. 45. & 48. Isern. Ioan. Anto. de Ferrarijs, Aretin. Bal. Curt. Iunio. & plures alios, quibus se subscriptis Ioan. de Lignano re-

no retulit. In eodē quoq; placito firmiter fuerunt, & etiam in feudo familiarī, atq; ex pacto, & prouidētia repræsentationē admitti tenuerunt Aluarus Valascus, de iure emphiteutico, dict. q. 50. nu. 4. versic. verū hi patres. Et ex pluribus probauit Ias. in l. si auiae, nu. 5. C. de successorio ædicto. Afflct. Tiraquel. Grāmaticus, & Acosta, cū quibus Ludouicus Molina, de Hispanorū primogenijs, lib. 3. cap. 6. num. 47. dicens, iure singulari in feudo repræsentationē semper admitti, etiam si iure hæreditario nō deferatur, & improbans Antonium de Rosellis, de successionibus ab intestato, nu. 118. contrarium tenentem. Id ipsum probarunt etiam Franciscus Bursatus, in consilio primo, numero 24. libro primo. Ioānes Cephalus, in consil. 313. nume. 20. & numero 25. cum sequentibus, libro 3. Pancrolus, in consilio 100. numero 6. Tiberius Decianus, in consil. 55. ex nume. 44. atque ex numer. 49. lib. 3. & alij permulti, quos commemorauit Menochius, in consil. 200. num. 64 & in consil. 498. numero 21. lib. 5. vt ipse refert præsumptio ne 95. num. 45. lib. 4. Petrus Antoniūs de Petra, de fideicommissis, questio. 11. ex numero 144. vsque ad numerum 152. folio 258. Hieronymus Gabriel, in consilio 86. columnā 2. erudite Marcus Antonius Peregrinus, de fideicommissis, articulo 21. numero 13. & 14. & 15. Caldas Pereira, de nominatione emphiteutica, questione 17. numero 28. Ioannes Matiençus, in l. 5. tit. 7. glossa 5. num. 3. libro 5. nouæ collectionis Regiæ Auendañus, in l. 40. Tauri, glossa 2. numero 49. Antonius Pichardus, ad titulum institut. de hæred. quæ ab intest. defer. de repræsentatione, §. secundo, numero 27. fol. 1245. Sfortia Oddi, in consilio 39. nu. 39. lib. 1. Borgninus Caualcanus, decisione 21. nu. 70. & 72. & 73. parte 3. pater Ludouicus Molina, tom. 3. de iustitia & iure, disputatione 626. nu. 3. fol. 389.

234 Et pro hac parte vallidissima funda-
menta, atque ex eisdem authoribus de-
ducta, possent expendi, sed alij consulto
omissis, illa concludenter adstringunt.

In primis, quod feuda licet quandoque hæreditaria non sint, autamen admodū hæreditarium, & legitimarū successio-
num deferuntur, cap. primo. §. his vero.
de succell. frat. & grad. successio. Proin
de licet feudum hæreditarium non sit,
nihilominus repræsentatio admitti de-
bet, ac si iure hæreditario succederetur.
Et ita pro ratione prefata resolutionis
considerauit Aluarus Valascus, dicta
quæst. 50. num. 4. & repetit nu. 7. Addi-
derim ego, absolutum nō esse, nec satis
certum, in his dumtaxat repræsentatio-
nem admitti, quæ iure hæreditario defe-
runtur: cum etiam in his, quæ non eo iu-
re deferuntur, repræsentatio quandoq;
admittatur, vt səpē supra hoc eodē tra-
statu contendit, idcirco ex eo capite nō
debuuisse in quocunque feudo excludi:
maximē cū infeudis iuri singulari id fue-
rit admissum, vt Molin. lib. 3. de Hispan.
primogen. d. c. 6. nu. 47. probauit. Dein-
de & secundo pro eadem sententia illud
concludit, quod textus, in dict. c. 1. §. 1. de
successio. frat. & in cap. 1. de successio-
ne feudi, generaliter loquuntur de feu-
do, ad quod moriente vassallo admittū-
tur filij, vel nepotes ex filio loco sui pa-
tris, & in defectū filiorū, & descendentiū
vocātur frates cum fratrū præmortuo
rum filijs, nec distinguunt ea iura inter
feudū hæreditariū, aut ex pacto, & prouidē-
tia concedētis, & sic generaliter ve-
niunt intelligenda, vt Hippolytus Rimi-
nald. dict. cons. 410. num. 29. singulariter
probat. & nu. 47. aliud, ac etiam concludens
fundamentū adducit ad favore ne-
potis, videlicet quod feuda regulantur,
ac decidūtur secundū ius cōmune, si nō
reperitur aliud in contrariū decisum in
ipsis feudis, vt est textus expressus, & ibi
glo. Iaco. de Belui Bald. Aluarot. & om-
nes, in c. 1. de feudi cognitione. Sed non
reperitur expresse decisū, in feudis ma-
gis ex pacto, quā hæreditarijs, quod pa-
truus excludat nepotē, imò prefata iu-
ra simpliciter, & indistinctē nepotē cū
patruo admittunt, ergo debet hic casus
decidi secundū ius cōmune, quod pari-
ter admittit nepotes cum patruo.

235 Tertio; & ultimo atque in eodē feu-
di articulo constituendum est, superius
dicta, atque in omnifeudo absq; restri-
ctione accepta, procedere etiam, atquē
locū habere in feudis, in quibus primo-
genitur aut maioratus iure succeditur,
in eis nāquē , & representationi locus
erit (ut remanet dictū) & nepos patruo
debet præferri. Ut probat text. in cap. I.
vbi glossa, verbo, solus, de natura suc-
cessionis feudi. Et ibi Bald. & alij, tex-
tus etiam, in cap. I. in princip. & ibi Bal.
& Aluarot. qui hoc dicit esse indubita-
tum secundum omnes per illum tex. de
successione feudi. Et cum Bald. Ber-
trando, Abbat. Iason. Rolando, Lece-
rier, & Tiraquelo, sic resolutuit Aluarus
Valascus, de iure emphiteutico, dicta
quæstione 50. numero 7. & cum Mol-
ina, Gouar. Tiraquelo, & Acosta, Velas-
quez Auendañus, dicta glossa 2. I. 40.
Tauri, numer. 50. & reddit rationē, nu-
236 51. & 52. Idcirco si feudum iure maiora-
tus relictum fuerit, ac cum clausulis or-
dinarijs, quæ in maioratum institutio-
ne adiici solent, tunc proculdubio om-
nia in feudi successione obseruari debe-
bunt, quæ in maioratos successione ob-
seruantur, vt Auendañus ipse, dict. nu-
52. recte probavit, & Ludouicum Mol-
inanum retulit tribus in locis. Sed & alio lo-
co exprim̄ magis, & magis in propo-
fito nostro dixit, libr. inquam 3. de His-
pan. primogen. cap. 7. num. 19. quo loci
obserbavit, quod representatione iuxta for-
mam, l. 40. Taur. admittenda est in feu-
do iure maioratus relicto. Quod certū
equidem est, & confirmatur ex his, quæ
in emphiteusi, iure patronatus, & anni-
uersario iure maioratus relictis, author-
met ipse annotauit ibidem. Eratque equi-
dem iuxta naturā maioratus, exclusua
aliorum erit neptis admissio, atq; repræ-
sentatio, sicut cæteros omnes excludat,
cum ipse, ac unus tātum iuxta naturam
primogenitorum succedere debeat, ut
compertum est. Et haec tenus de feudi
successione.

237 Nunc verò de emphiteusi agendum
est, & quidem sicut in feudo, ita quoq;
&

in emphiteusi an habeat locum repræ-
sentatio, dubia & anceps est apud inter-
pretes nostros indagatio, & resolutio.
Quidam namq; negant, representatione
ni locum esse, quidam vero affirmant,
alij deniq; distinguunt, an emphiteusi
hæreditaria sit, an non hæreditaria, sed
potius iure sanguinis deferenda: ut pri-
mo casu representatione admittenda sit,
secundo vero denegada, pro ut hec omnia
ex authoribus statim commemoran-
dis colliguntur. Sed quo absoluta, & di-
lucida, atq; distincta eorum explicatio
tradator, sequentia erunt constituenda,
atquē imprimis obseruandum est, quod
si quis recipiat emphiteusim pro se, &
hæredibus, hæc emphiteusis dicitur me-
re hæreditaria, & ideo ad quenquam
hæredem extraneum institutum transi-
re potest. Ita sanè Calderinus, in consil.
6. tit. de locato. Alexander, in I. quod di-
citur, num. 126. de verbis. obligat. & in
consil. 129. nu 2 lib. 5. & socius junior,
in consil. 58. nu. 8. libr. 2. Iacobus Meno-
chius, in consil. 200. nu. 50. libr. 5. qui re-
cte dixit, quod hæc emphiteusis regula-
tur secundum naturam aliarum rerum
hæreditariarū. Supponamus ergo, quod
emphiteusis acquisitor decebat intesta-
tus relicto Caio filio, relicto etiā Mæ-
uio nepote ex Titio filio præ defuncto.
Et hoc sanè casu Mæuius iste nepos con-
currat cum eius patruo, & sic per repre-
sentationem admittitur. Ratio est ma-
nifesta, quia hæc emphiteusis regulatur
secundum alias res hæreditarias, in quib-
us dum ab intestato succeditur filius in-
greditur locum patris, & cum filius, in-
stitut. de hæred. quæ ab intest. deser. &
in hoc in casu recte loquitur Angel. in
I. Gallus, s. quidam, col. 2. versic. tertia
concl. Alexander, in consil. 129. numer.
6. versic. non enim obstat, libro 5. & in
consil. 26. num. 9. libr. 3. Corneus, in con-
sil. 24. in fin. & in consil. 131. col. 2. libr. 2.
Curt. Iun. Crav. & alij, cum quibus eru-
dite, & sic distincte explicans, obserua-
uit Meuoch. dict. consil. 200. numer. 53. &
54. eodem etiam casu recte se habuerūt
in hoc articulo, quicunque; haec tenus Scri-
bentes

bentes interpretes, qui quotiescumque emphiteusis est secularis, & priuata, atque hæreditaria, vt accepta pro se & hæredibus, vel pro filijs tanquam hæreditibus, representatione admittendā assue
241 rarūt, & nepotē cum patruo cōcurrere expresserunt. Quorū numero fuerunt Angelus ipse, Alexander, Cartius Iunior, Craueta, & Ruinus, cum quibus idem Menochius, præcitato cōsilio 200. numero 49. libro 2. & presumptione 95. numero 44. libro 4. Alexand. Bened. de Benedict. Jason, Corneus, Galiaula, Acosta, Couarru. & post alios Tiraquelius, quos retulit, & cum emphiteusis est hæreditaria, & à persona priuata pro se & hæredibus, aut pro filijs tanquam hæreditibus accepta: constanter tuetur Alvarus Valasco, de iure emphiteutico, dicta questione 50. numero 5. per totum Tiberius Decianus, in consilio 55. numero 50. libro 3. & in consilio 28. numero 36. libro primo, Rolandus in cōsilio 68. numero 36. libro primo, Angelus, Alexāder, Corneus, Jason, Gozadinus, Ruinus, Tiraquellus, & Couarru. cum quibus Hieronymus Gabriel, in consilio 86. per totum, libro primo, qui numero 5. & 6. de communi testatur. Ioannes Vincencius Hondelei, consilio 70. numero 67. libro primo, Antonius Gabriel, commun. cōclus. libro 4. titulo de successionibus ab intestato, conclusione prima numero 32. Caldas Pereira, de nominatione emphiteutica, questione 17. numero 6. & 11. & 28. Petrus Antonius de Petra, de fideicommissis, questione 11. numero 144. Peregrinus, eadem tractatu, articulo 21. numero 15. & cum Angelo, Alejandro, Corneo, Tiraquello, Alvaro Valasco, Portio, Gozadino, Galiaula, Rubeo, & Couarru. Velazquez Aquedanus, glossa 2. dictæ 1. 40. Tauri, numero 53. & 54. Matiençus, in l. 5. articulo 7. libro 5. nouæ collectionis Regiae, glossa 5. numero 4. Borgmimus Gualcanus, decisione 21. numero 70. & sequentibus, parte 3. Sfortia oddi, in consilio 39. numero 39. libro primo, Hippolytus Riminaldus, in consilio 410. numero
-usq

25. & 41. libro 4. pater Ludouicus Molini, tomo 3. de iustitia & iure, disputatio-
ne 6:3. & cum Molina, Couarru & Al-
uaro Valasco, sic quoque resolutus Antonius Pichardus, ad titulū institut. de hæ-
red. quæ ab intest. defer. de representatione,
§. 2. numero 25. folio 1245. & cum
emphiteusis est hæreditaria (vt dixi) hoc
est alicui & hæredibus suis concessa,
idem quoque ius obseruatur, cū ab Ec-
clesia concessa fuerit, nec aliqua consti-
tuitur differentia inter priuatū & Ec-
clesiā, & sic nepos ex filio præmortuo
cum patruo succedit. In quo nullus ha-
ctenus dubitationem proponit, sed cō-
munis est omnium interpretum senten-
tia, vt Matiençus, dicto numero 5. in fi-
ne, cū Tiraquello, & Couarru. & Auen-
dañus, dicta glossa 2. numero 58. cū eis-
dem affirmat.

Secundo deinde atque in hoc articulo emphiteusis constituēdum est, & hic versamur in eisdem terminis, quibus obseruatione precedenti versabamur, quando scilicet emphiteusis vel à perso-
na priuata, vel ab Ecclesia concessa, hæ-
reditaria est, hoc est alicui & eius hære-
dibus concessa, sed differentia est in hoc
casu superiori acquisitor ab intestato
decessit, relictio filio, atque ex filio præ-
mortuo nepote (vt dixi) nunc vero agi-
tur, quando emphiteusis hæreditaria
quoque est (vt nunc dicebam) sed acqui-
sitor ille, vel is ad cuius manus tandem
peruenit, decedit testatus relictio filio,
atque ex altero filio præmortuo nepo-
te. Quem casum non ita distinete consi-
derarunt, nec à superiori casu separa-
runt præcipiti omnes authores. Solus
Menochius sic dilucide & aperte distin-
xit, atque admodum prædictum casus
hos seperavit, dicto consilio 200. nume-
ro 54. in fine, & numero 55. vsque ad nu-
merum 61. quo loci mature Menochius
considerauit, questionem hanc definiē-
dam esse eo modo, quo definiri solet si-
milis questione de dispositione testatoris
super qualibet alia re hæreditaria. Et
propterea erit considerandum, quibus
verbis illa dispositio concepta fuerit,

Quotidian.controuersi.iuris.

nam si testator particulariter disponat de ipsa emphiteusi, ut si dicat, relinquo emphiteusim Caio filio meo, & Mœvio nepoti meo, siue nulla facta mentione speciali emphiteusis, filium & nepotem in uniuersum hæredem fecerit: clarum est, quod in primo casu nepos concurredit cum patruo, cum ita copulatiue fuerit a testatore vocatus. In secundo autem casu, quemadmodum concurredit ex qua liter ad successionem aliorum bonorum hæreditatis, ita etiam & ad emphiteusim, quæ nihil ab eis differt.

Dubium ergo est, quando is auus testator vocasset in genere proximiores, eos instituedo, vel substituedo, vel quando hi, qui de familia superessent, post nominatos contenderent se admittendos. Hoc autem casu, cum simus in dispositione hominis, non autem legis, & ita cum non agatur de iure hæreditario, sed de fideicommissario, est dubium, an nepos ingrediatur in locum patris, ut concurrat cum patruo ad successionem huius emphiteusis hæreditarie? Et tunc quidem meminisse oportebit, constanter nos numeris precedentibus defendisse, quod etiam in dispositione homini, & in fideicommissi successione habeat locum representationis. Et Accursij sententiam, in successionibus ex dispositione hominis, filium ingredi locum patris, ut concurrat cum patruo, communorem, & veriorem agnouisse, Baldi etiam contrariam sententiam improbas se. Quod si ita est, plane sequitur, etiam in casu proposito emphiteusis, representationi locum esse futurum, & nepotem debere cum patruo concurrere: id quod præcitat supra authores omnes satis aperte, aut velut expresse præsentiant, nullum enim casum distinguunt, cum emphiteusis hæreditaria est, sed absolute, atque indistincte representationem concedunt, ut supra vidimus. Præterea, & infrioribus terminis, scilicet, quando emphiteusis hæreditaria non est, idem quoque tueruntur constanter, ac tunc etiam nepotis, & patruo concursum admittunt, nec aliquo casu repræ-

sentationem denegant permulti authores, mox præcitadi. Ergo multo magis, ac indubitate quidem in casu prædicto concedi debet representationis metipsa. Deinde, hac in sententia clare fuit Menochius (qui solus, ut ante dicebam, in nostris terminis casum hunc proposuit) nam cum dicto consil. 200. ex nume. 55. dubium proposuisset, & num. 59. Ruini consilium expendisset, quo Ruinus, excitatus doctrina illa Baldi, in dicto. §. in fideicommisso. Contra nostrum placitum casum superiorem emphiteusis resoluebat; tandem num. 60. agnoscit libenter, veriorem esse illam opinionem Accursij, ut in successionibus ex dispositio ne hominis, filius ingrediatur in locum patris, ut concurrat cum patruo. Attamen inquit, illam non procedere, quando testator nomine proprio filij expresso, illum vocavit: nam tunc is præfertur nepoti, & ipse solus excluso nepote admittitur. Dicit statim, quod eo casu cef sat doctrina illa Angeli, in dicto §. quidam recte, & procedere potest Ruini consilium, ita intellectum, & declaratum. Et sic clare decidit, in casu superiori proposito, & regulariter locum esse huic resolutioni, & casum illum cunctaxat exceptip. Denique huic nostræ sententiæ expressim accessit (sed Menochij mentionem non facit) Caldas Pereira, de nominatione emphiteutica, dicta quæstione 17. num. 29. quod ex traditis eo numero deducitur aperte, apertius ex summario eiusdem numeri, vbi in hunc modum reliquit scriptum. Representationis habet locum etiam in successione pendente ab hominis dispositione, & consequenter in emphiteusi, & fideicommisso, contra Baldum, & alios. Ecce ubi author is loquitur in nostris terminis, & in terminis dicti §. in fideicommisso. Clare quoque eidem accessit sententia, & resolutioni (ac etiam Menochij mentionem non facit) Petrus Antonius de Petra, de fideicommissis, dicta quæstione 11. numer. 144. quamuis enim quæstionem hanc in terminis non excitauerit, generaliter tamen eo numero constituit, quod in materia fundi, vel emphiteu-

phiteusis, & eius successione quoad cōcursum patrui & nepotis, & repræsentationē admittendam, vel non, idem dicendum est, quod in materia fideicommissaria, quia in hoc æquiparantur. Ut etiam agnouit Decius, in consilio 263. & consilio 217. si ergo in fideicommissi successione ita est (vt sæpè diximus) ita quoque & in emphiteusis successione esse debet. Prout etiam atque in fortioribus terminis defendit Decianus, in consilio 28. numero 36. libro primo. Et hactenus de hoc secundo casu, qui (vt vides) melius, & aliter quam ante a fuisset, remanet declaratus.

Tertio deinde, atque in eodem emphiteusis articulo constituendum est, dubium maius esse, utrum repræsentatio admittenda sit, vel non in emphiteusis successione, quando emphiteusis Ecclesiastica est, & accepta, (ut reguliter accipi solet) pro se, filijs & nepotibus. Et hæc sanè emphiteusis, hæreditaria non est, nec ob id tanquam hæreditaria regulatur, sed solum transit ad filios, & descendentes. Ut obseruant glossa, Bartolus, & reliqui, in l. etiam, ff. soluto matrimonio. Imola, Alexander, Corneus, & alij, cum quibus Iulius Clarus, libro 4. §. emphiteusis, quæstione 28. Menochius, dicto consilio 200. numero 61. libro secundo: in ea etiam, 243 vt pote non hæreditaria, filius nō ingreditur locum patris, atque ita eius personam non repræsentat, qua in sententia fuerunt Bartolus, in authēt. post fratres. C. de legitimis hæredibus. Cumannus, in dicto. §. in fideicommisso. l. cum ita legatur, de legatis secundo. Vbi etiā Baldus, Alexander, Ruinus, Curtius Iunior, Antonius Rubeus, Iason, Decius, Benedictus de Bened. Ancharranus, & alij, quos recensent Rolandus, in consilio 68. numero 11. & numero 16. libro primo, Menochius, dicto consilio 200. numero 63. libro 2. & in consilio 498. numero 20. & 21 libro 5. & repetit præsumptione 95. numero 43. & ita videtur tenere. Alios etiam retulerunt Tiraquellus, & Couarr. in locis relatis per

Matiencum, in l. 5. titulo 7. glossa quinta, numero quinto in principio, libro 5. nouæ collect. Regiae, & hanc partem, siue distinctionem superiorem, an emphiteusis hæreditaria sit, vel non: firmiter sustinuit, & nepotem à patruo excludi, cum emphiteusis est Ecclesiastica, & sic in qua iure sanguinis debet succedi: defendit Aluarus Valascus, dicta quæstione 50. numero quinto.

Hi omnes, & alij quicūque sunt, quos ipsi commemorant, ea ratione vtuntur, atque principaliter adducuntur, quod successio ista non regulatur secundum sucessiones legales ab intestato, siue secundum hæreditarias successiones, ex quo nō est quid hæreditarium, sed à domino concedente prouenit, & sic repræsentatio admittenda non est.

Cæterum contraria in sententia, & alij permulti, maximiquæ nominis autores fuerunt, qui affirmarunt, etiam in hoc casu filium ingredi locum patris, ut ad successionem huius emphiteusis Ecclesiasticæ, acceptæ pro se, filijs & nepotibus admittatur nepos cum patrio. Ita sane tradiderunt Fulgosius, in dict. authent. post fratres. Alexander, in consilio 88. numero primo, libro primo, & in cōsilio 26. numero 9. libro tertio, Corneus, Ruinus, Rolandus, & Curtius Iunior, quos pro hac parte commorauit Menochius, dicto cōsilio 200. num. 64. libro secundo, & cū Angelo, Alejandro, Corneo, Curtio Iunio, Ruino, Rolando, Tiraquello, & Antonio Gabriele, hanc opinionem, secundam amplectitur Velazquez Auendañus, in l. 40. Tauri, glossa 2. numero 57. & Matiençus, in l. 5. titulo 7. glossa 5. numer. 5. lib. 5. nouæ collect. Regiae, & esse æquiorē, & magis de verisimili mēte, neq; repugnantē verbis, dixit eruditus Carolus Molineus, in addit. ad Alexandrū, consilio 129. num. 3. libro 5. Thobias Nonius, in consilio 4. in fine, Hieronymus Gabr. in consilio 86. numero 9. libro 1. Securē Tiberius Decianus, in cons. 28. numero 36. & 37. libro primo, Ioannes Vincētius Honde dei, in cōsilio 70. numer. 68. libro primo,

Quotidian. controuersi. iuris.

primo, qui dicunt, filium ingredi locum patris, eiusquè personam repræsentare, nō solum in emphiteusi hæreditaria, sed etiam in emphiteusi Ecclesiastica, non hæreditaria: Marcus Antonius Pegrinus, de fideicomissis, articulo 21. numero 15. hanc etiam secundam opinionem libenter ego amplector, & verissimam puto, nec primam cōtrariam tenendam. Et ad sic dicendum, mihi admodum placent, & vere concludunt ea, quæ in proposito considerauit, atque 247 perpendit Corneus, in consilio 131. per totum, volumine secundo: vbi expressim dixit, quod in emphiteusi Ecclesiastica, cōcessa pro se, filijs & nepotibus, filij fratri præmortui admittuntur una 248 cum fratre ad portionem alterius fratris defuncti sine filijs. Ea ratione, quia contrahentes censentur se velle conformare cum dispositione iuris communis: & subdit, quod iura communia, vel municipalia disponētia circa successiones, quæ ab intestato deferuntur à lege, trahuntur etiam ad dispositiones hominum in particularibus successionibus, quæ deuoluūt ex prouisione testatoris, vel cōtrahentiū: & propterea quod dispositio iuris communis disponens, quod in hæreditate succedant ab intestato frater, & filius fratri, trahenda est ad interpretationem stipulationis paternæ, accipientis atque stipulantis emphiteusim pro filijs & nepotibus. Et quod ita consuluit, & legendo hanc partem tenuit. Tenuit quoque, & consuluit idē Corneus, in consilio 24. columna finali, eodem volumine 2. vbi dicit, quod hæc decisio probatur ex illa theorica, quæ habet, quod contrahentes censentur se velle conformare cum dispositione iuris, prout gradatim vocantur ad successionem. Et repetit, atq; eadem ratione excitatur Rolandus, dicto consilio 68. numero 36. & 37. libro primo, ipsa quoque ratione in proposito adductus est Tiberius Decianus, dicto consilio 28. numero 37. libro primo, & vel vno verbo erudite annotauit Carolus Molineus, in additionibus ad dictum consilium Ale-

xandri 129. numero 5. libro 5. dum dixit, hanc opinionem esse de verisimili mente, hoc est (vt ego interpretor) iuxta verisimilem mentem petentis, & concedentis, qui dum concedit alicui, ac eius filijs & descendantibus, eo modo videtur eisdem concedere, atque ipsos admitti voluisse, quo de iure debent, atq; in hujusmodi successionibus solent admitti. Dixit etiam Molineus ipse, neque repugnare verbis, quod etiā verissimum est, non enim verbis cōcessionis repugnat, quod nepos intret in locum patris, ac eius personam repræsentet, cum verum sit, eo casu filios, & nepotes succedere, pro quibus concessio facta est. Fundamentum autem contrariæ opinionis præcipuum, quod scilicet successio ista non reguletur secundum successiones ab intestato, ex quo non est quid hæreditarium, sed à domino concedente prouenit, & sic quod in ea repræsentatio nō debeat locum haberē: ad quod nullus respōdet. Facile subuerti potest, si consideres, imprimis, non esse omnino certum, repræsentationem non dari nisi in his, quæ iure hæreditario deferuntur, cum etiam in his, quæ alio iure, ac quidem iure sanguinis proueniunt, aliquando concedatur, vt sep̄ probatum, atque repetitum est. Deinde, simul stare posse, quod emphiteusis à domino concedente proueniat, & nihilominus in ea repræsentatio locum obtineat, ex ratione prædicta, quod concedens videatur admodum iuris communis concessionem facere, & cum eo se conformare voluisse, & sic repræsentationem non excludi. Denique, filium eo casu debere ingredi locū patris, ex quo exclusus non est à concedente, sed potius sub verbis concessionis comprehensus, quibus filij, & nepotes, aut descendentes vocātur. Ex alijs etiam, quæ Hieronymus Gabriel, in consilio 86. libro primo, cum iudicio perpendit.

249 Quarto constituendum est, ex dictis hactenus deduci resolutionem in eadem quæstione emphiteusis, quæ tamen iure maioratus aut primogeniture defetur:

tatur: nam cum queritur, utrum in ea sit locus representationi, dicendum est, representationem semper admitti, siue hereditaria sit, siue non hereditaria. Idque tam in terminis iuris communis, iuxta ea, quæ nunc resoluimus, quanvis in non hereditaria repugnant hi, quos supra retuli. Quam post decisionem dictæ l. Tauri 40. postquam tamē, si emphiteusis iure maioratus, ac cum clausulis ordinarijs maioratum relicta sit, semper representatione admittenda erit, & in ea omnia seruanda erunt, quæ in maioratibus & primogenijs disposita sunt. Et sic cum vni duntaxat successio possit, ac beat deferriri, nec pluribus conueniat ex natura maioratus, nepos patruo preferendus erit, sic vt illum excludat omnino à successione, prout Couarr. practicarum dicto cap. 38. numero 13. columnæ penultima, in fine, singulariter obseruat. Et sequuntur eum Aluarus Velasc. de iure emphiteutico, dicta questione 50. numero 5. ad finem, Matiençus, in l. 5. titulo 5. numero 7. libro 3. nouæ collectionis Regiæ, Ludovicus Molina, de Hispanor. primogen. libro 5. cap. 5. numero 42. & cap. 7. numero 19. Auendañus, glossa 2. dictæ l. 40. Tauri, numero 60.

250 Quinto & ultimo constituendū est, in iure patronatus Ecclesiastico representationem admitti, cum patruoquē nepotem concurrere, quando ius patronatus ad plures deuenire potest, nec iure maioratus defertur. Idque tam inter descendentes, quam inter transuersales, inter fratres inquam, & filios fratum. Nam cum ius patronatus Ecclesiasticum, iure hereditario censeatur, siue hereditarium dicatur, & consequenter in eo ius representationis locum habere debet: vt pro ratione constituunt, & ita præmittunt, atque iure hereditario censeri probant post Innocentium, Ioann. Fab. Angelum, Guil. Bened. & Tiraquellum, Couarr. practicarum dicto cap. 38. numero 13. verificulo, sed in iure patronatus. Aluarus Valascus, de iure emphiteuti-

co, dicta questione 50. numero 10. Acosta, Gregorius Lopez, Antonius Gabriel, & Pelaez à Mieres, quos refert, & sic resoluit Auendañus, glossa 2. legis 40. Tauri, numer. 63. & 64. Matiençus, in l. 5. titulo 7. glossa 5. numero 6. libro 5. nouæ collectionis Regiæ. Antonius Pickardus, ad titulum instit. de hered. quæ ab intestat. defer. de representatione, §. 2. numero 25. qui predictos non refert. Cum vero ius patronatus (vt frequenter fit) iure maioratus atque primogenituræ relinquitur, & defertur, sic vt ad vnum duntaxat possit, ac beat venire, nec plurimum concursus admittatur (vt de natura maioratus est) tunc equidem certissimum erit, representationem in eo admittendā, atq; ordinem dictæ l. 40. Tauri, in ea successione, sicut in maioratu successione seruandum, omniaquæ in primogenijs disposita, locum habitura in eo, vt Couarr. dicto cap. 38. ad finem. Mieres in initio tractatus de maioratu numero 7. Aluarus Valascus, dicta questione 50. numero 10. Petrus de Peralta, in rubri ca, ff. de hereditibus instituendis, numero 123. Molina, de Hispanorum primogenijs, libro 3. cap. 5. numero 42. & cap. 7. numero 19. Matiençus, in dicta l. 5. titulo 7. numero 7. & Velazquez Auendañus, dicta gloss. 2. l. 40. Tauri, expressim & vere animaduertunt. Et hactenus de obseruatione 10. principali in hoc tractatu.

Vndecimo deinde loco atque principaliter obseruandum & constituendum est, dubium esse, utrum representatione admittatur in primogenijs seu maioratibus ex contractu, atque intervulos institutis. Quod dubium in terminis dictæ l. 40. Tauri, atque eius decisione attenta, excitarunt Ludovicus Molina, & Velazquez Auendañus, infra commemorandi: nec in terminis iuris communis aliquam interpretū doctrinam seu theoricam adducunt, nec aliter inquirunt. Quo circa, vt radicitus atque dilucide magis ipsum explanetur, sequentia constituenda erunt.

Quotidian. controuersiuris.

252

Imprimis, explorati certique iuris esse, substitutiones, fideicomissa, & maioratus non solum in ultimis voluntatis, sed etiam in contractibus, & dispositionibus inter viuos posse fieri. Id quod in substitutionibus, & fideicommissis, saepè adnotarunt interpretes nostri, ac in terminis scripsierunt Doctores communiter, in l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. Socinus Iunior, in consilio 185. numero 6. & in consilio 118. numero 8. libro 2. Rolandus, in consilio 34. numero 67. libro 4. & in consilio 58. libro 3. Craueta, in consilio 130. numero 10. & 11. Curtius Iunior, in consilio 15. numero 19. libro primo. Tibérius Decianus, in consilio 41. numero 17. & in consilio 31. numero 64. libro primo, Zephalus, in consilio 511. numero 11. libro 4. Bursatus, in consilio 229. numero 37. libro 3. Castrensis Nata, Simon de Prætis, Chache ranus, Decius, Abbas, Socinus, Francis. Marc. & alij cum quibus Sfortia Oddi, in consilio 39. numero 13. & tribus sequentibus, libro primo, & in primogenijs seu maioratibus latè Ludouicus Molina, libro primo, cap. 12. per totum, Vellazquez Auendañus, in l. 44. Tauri, glossa 3. idquæ certissimum, atque indubitatum est.

253 Secundo constituo, dubium esse, utrum maioratus in contractu instituti, vim ultimæ voluntatis obtineat. Quod ex professo disputare ad præsens non attinet, eo etiam præcipue prætermiti debet, quod plenè explicauerit, & distinguendo resoluerit Ludouicus Molina, de Hispanorum primogenijs, libro primo, dicto cap. 12. per totum. Ac post eum non ita plenè, nec absolute Auendañus, dicta glossa 3. l. 44. Tauri, Molinæ tamen resolutiones, idèò ad propositum notandas, quod in casibus, in quibus ipse dixit, maioratum in contractu institutum, sequi ultimæ voluntatis naturam, planum videbitur, & in eo representatione admittendam, iuxta traditionem Accursij, in dicto §. in fideicommisso. l. cum ita legatur, de legatis secundo, cuius opinio nem in fideicommissis veriorem dixi-

mus. Id autem esse, quoties maioratus reuocabiliter institutus fuerit: expressim assueverauit dicto cap. 12. numero 8. & numero 19. in quibus vero casibus dixit, maioratum in contractu institutum, quoad omnia sequi naturam contractuum, quod cum irreuocabiliter maioratus institutus est, affirmauit ibidem, numero 21. husce articuli resolutio metienda erit ex his, quæ in fideicommissis factis in contractu, adnotarunt interpretes illi, qui an in eo locus esset representationi, inquirunt, & à me commemorabuntur statim. Cæterum, cum etiam, quando maioratus reuocabiliter constituti sunt, habeant vim & naturam fideicommissi, & ultimæ voluntatis, ut opinatur Molina ipse, eodem cap. 12. numero 13. generalius, & verius videbitur dicendum in eis quoad representationem, idem quod in fideicommissis in ultima voluntate relictis, dictum suit supra numeris præcedentibus, vbi semper sequunti fuimus sententiam glossæ, in dicto §. in fideicommisso, quam etiam sequitur constanter Sfortia Oddi, in consilio 39. num. 36. libro 1.

Idcirco & tertio constituendum erit, in terminis iuris communis, & in fideicommissis ordinarijs dubium fuisse, utrum representatione admittatur, vt filij intrent in locum patris, quando fideicommissum factum fuit in contractu. Quidam namque nō modo representationem eo in fideicommisso concedunt, verum etiam fortius, aut securius admittendam putant eam in fideicommisso facto in contractu, quam si in ultima voluntate fuisse factum. Alij vero representationem denegant, qui maiori ex parte fuere hi, qui in feudi, & emphiteusis successione representationem denegarunt. Alij denique ex iure transmissionis, nepotis causam tuentur, dicunt namquæ, quod in actibus inter viuos habetur fortius ius, idèoq; filius primogenitus moriens, antequam casus eueniat, transmittit tale ius ad filium suum. §. ex conditionali, de verbis obligat, institut. l. is cuius de obligat, & act. in testamento autem cessat

cessat talis trāsmisso ante ius delatum. lvnica. §. fin autem aliquid. C. de caducis tollendis. Sed representationis nomine nollunt ius huiusmodi transmitti in nepotē. Prout hæc omnia, atq; diuersæ opiniones in articulo præfato de iure communi, colliguntur, atque deducuntur ex his, quæ in terminis reliquerunt scripta Præposit. Mediolanen. in cap. primo, de feudo Marchiæ. column. 7. versi. tertio deducitur istud. Decius, in l. si a-
uia, column 3. C. de successorio edicto. 255
Socinus Iunior, in cōsilio 73. per totum, volumine primo, vbi latè, Antonius Ru-
beus, in cōsilio 146. ex numero 6. Iaco-
bus Mandellus de Alba, in cōsilio 60.
numero 10. libro primo, latè quoq; Rui-
nus, in cōsilio 162. ex numero 4. cum
sequent. & in cōsilio 104. libro 2. Casal-
neus, in consuet. Burgun. §. 10. numero
58. folio 261. Petrus Antonius de Petra,
de fideicommissis, questione II. nume-
ro 154. Tiberius Decianus, in cōsilio 55.
numero 18. libro 3. qui loquitur specificè
in fideicommisso facto in contractu, ac
in eo etiam procedere decisionem Accu-
rsij, in dicto §. in fideicommisso, affir-
mat quoque, & cōstanter defendit Sfor-
zia Oddi, dicto cōsilio 39. numero 39.
& 42. libro primo. & huic sententiae cla-
rē accedunt omnes, qui in feudo, & em-
phiteusi ex pacto, & prouidentia repre-
sentationem concederunt, qui (vt supra
vidimus) fuerunt quamplurimi & ma-
ximi nominis authores. Et quidem ra-
tiones ibi adductæ, æqualiter militant in
fideicommisso facto in contractu, sicut
in feudi, & emphiteusis concessione mi-
litare possunt. Superior etiam contra-
rietas & varietas opinionis deducitur ex
Alvaro Valasco, de iure emphiteutico,
questione 50. numero 44. per totum.
Nam in questione præcipua nostra, an
inquam in maioratu constituto per con-
tractum inter viuos, haberet locum re-
presentationis, partem negatiuam susti-
nuit, & representationis ius denegauit.
Statim tamen in primogenijs per con-
tractum institutis admissit nepotes ad-
uersus patruos iure transmissionis. Et

de differentia Valasci amplius delibe-
randum censuit Couarru practicarum
dicto cap. 38. numero 6. in versiculo, &
quauis in maioratibus. Sed aliter non
deliberauit, & de differētia Valasci eius
dem latius egit, & eius sententiā falsam
esse, & discrimen nullū, asseruit expres-
se pater Ludouicus Molina, tomo 3. de
iustitia & iure, disputatione 616. nume-
ro 16. & 17. folio 406. & tribus sequen-
tibus.

Ex ipsi tamen (vt cunque res sit) clara
deducitur confirmatio atque iustifi-
catio resolutionis, seu observationis
Molinæ (de qua statim sermo erit) dum
nepotem prætulit patruo in maioratu
quoque in contractu instituto, & repræ-
sentationem admissit, attenta decisione
dict. l. 40. Tauti, ea namque attenta, iu-
re representationis nepotē admitti pos-
se, & debere, ex ratione decidendi ad i-
psammet l. & tacita primogenitorū vo-
catione, clarè & cōcludēter valet deduci.
Vtpote cum rationes illæ, quas su-
perius ad eandem l. adduximus, sic mi-
litent in maioratu ex contractu instituto
propter eius naturā, & perpetuitatem,
sicut in maioratu in ultima volūtate in-
stituto. Et cum in utroque eadem natu-
ra, & perpetuitas, atque conservationis
familiaæ æqualis ratio maneat, diuersum
ius quoad representationem constitui
non debebit, imò & citra l. dictam Tauri-
ri 40. representationem nepotis debere
admitti, ex authoribus superioribus sa-
tis poteris cōfirmare, & his, quæ in feu-
di, & emphiteusis successione scripsi-
mus, quæ in indiuidua primogenij seu
maioratus successione fortius adstrin-
gunt. Ex ratione etiam, qua Molina ip-
se præcipue excitatur, vt statim vide-
bitur.

Quarto constituendum est, uno in ca-
su Ludouici Molinæ sententiam atque
resolutionem omnino indubitabilem
esse, quando scilicet maioratus in con-
tractu inter viuos institutus esset ex cau-
sa onerosa matrimonij, in fauorem ali-
cuius filij, matrimonium contrahentis
cum aliqua, atque vt cum ea matrimo-
nium

Quotidian. cōtrouersiuris.

nium contraheret, & inito pacto, ut maioratus institueretur, (prout ex tertio & quinto honorū frequenter fit) ac sub ea forma, scilicet quod pater instituebat maioratum in fauorem eius filij, & posteriorum, atque descendantium ipsius, tunc namque si talis filius in vita patris possessores maioratus, atque eiusdem institutoris decederet, & filios relinqueret, nepos ex eo filio præferendus esset patruo, filio secundogenito eiusdem institutoris. Quod pater Ludovicus Molina, tomo 3. de iustitia & iure, disputatione 626. numero 17. folio 408. singulariter, & vere animaduertit. Et subdit, id procedere, etiam in Lusitania, ubi non est repræsentatio, sic ut in Hispania, ut latius ibi obseruat. Et in hoc casu dubium non habet quæstio illa excitata per Molinam, & reliquos, nec etiam exemplum positum per Aluarum Valascum, dicta quæstione 50. numero 44. Procedit igitur quando ex linea eius primogeniti propter defectum descendenti ab ea, maioratus exierit, & ad aliam lineam transferit, tunc namque & repræsentatio admittetur, & nepos patruo debebit præferri, etiam si in contractu institutus fuerit maioratus. Procedet etiam & generaliter in alijs casibus præter supra propositū, in quo ratione causæ onerosæ matrimonij, ex qua institutus fuit maioratus, non potest esse locus quæstioni patrui, & nepotis, sed ad posteros & descéndentes eius matrimonij, maioratus transire debet.

Quinto constituendum est, regulariter (vt dixi) verissimum esse, quod in primogenijs, non solum in ultimavoluntate, verum etiam in contractu institutis, repræsentatio, de qua in dicta l. 40. Tauri admittenda sit. Nam quanuis eadem l. Tauri dixerit, *En la sucesion del mayorazgo*, quæ verba potius ad ultimam voluntatem, quam ad contractum referenda esse videtur. l. ninil aliud. ff. de verbo rum significatione. Verbum tamen successio, generice sumptum, tam ad successionem vniuersalem, quam particulare, & tam successorem ex ultima vo-

luntate, quam ex contractu comprehendunt, l. fluminum. §. adiicitur. ff. de domino infecto, ubi glossa, & communiter scribentes id notant. l. illud. §. primo. ff. quorum legatorum. Quo fundamento vtitur, & sic in terminis resoluti Ludovicus Molina, de Hispanorum primogenijs, libro 3. cap. 7. numero 14. & 15. & subdit numer. 16. Id confirmari, quoniā primogenitus viuo patre decedens, spē fibi ex donatione competentem, in filium suum transmittere valet. Ut opinantur Oldraldus, Abbas, Castrēsis, Decius, & Afflictis, ibi relati: & Molinam sequitur Velazquez Auēdañus, in dict. l. 40. Tauri, glossa 2. numer. 81. quo loci & eo fundamento vtitur, videlicet, quod in specie fideicommissi in contractu relictī, locus sit transmissioni, etiam substituto mortuo ante donatarium grauatum. Et refert Angelum, Ripam, Decium, Rui- num, Crauetam, & Guil. Benedictum, sic tenentes. Et repetit glossa 6. numero 6. ubi dicit, quod in specie l. quoties. C. de donationibus, quæ sub modo, Secundus donatarius, cui post mortem prioris, res restituenda est, si viuo primo donatario decedat, spem illius actionis in filium suum transmittit, & reprobat sententiam eorum, qui dixerunt contrariū, videlicet quod ius secundi donatarij, si predeceaserit in vita prioris expiret, nec ad hæredem suum transeat. Valascus etiam, qui dicta quæstione 50. numero 44. nepotes aduersus patruos in primogenijs per contractum institutis, iure transmissionis admissit, iure tamen repræsentationis admitrendos negavit (vt vidisti supra) eodem fundamento vtitur, & Oldraldi Consilium 224. istæ sunt allegationes, numero 28. in fine, Abbatis etiam, Pauli, & aliorum, quæ Auen dañus adduxit, & dicit eorum opinionē defendi posse, nisi ex verbis donationis colligatur, quod nolluit secundo donatario ius acquiri, nisi superuixerit, tunc enim secundus donatarius in vita primi, defunctus, cum conditione defectus videatur, nihil habet, quod in suos hæres transmittat. Ut voluit eleganter Alciatus

ciatus, respōso nono, ex numero 17. in illa specie, dono Petro sua vita durante, & posteius, &c. Denique eandem Molinē sententiam tenuit expressē Pelaez à Mieres, de maioratu, secunda parte, quæstion. 6. numero 33. dicens, quod dicta l. 40. Tauri procedit, non solum in maioratu facto per dispositionem testamentariā, sed etiam per viam contractus. Et subdit, quod id patet ex eadem l. Tauri 40. in illis verbis: *Por el primero que instituyó.* Et quia eadem est ratio in vno casu, quam in alio. Quod est verissimum, & conueniens his, quæ supra numero 255. adnotauit. Vbi etiam dixi, eandem militare rationem. Subdit denique Pelaez metidem, ita tenēdū esse quicquid in donatione facta primo genito, responderit Antonius Rubeus, in consil. 146. num. 6. cum sequentibus: addiderim ego, Antonij Rubei traditionem illam, in terminis nostris nihil obesse; tū ex natura maioratuū, seu primogenitorū nostrorū, & ratione eadē militante (vt nunc dicebam) tunc etiam ex his, quæ Oldral. Abb. Dec. & cæteri relati per Molin. d. nu. 16. & nūc quoq; relati animaduertunt, quæ vel efficiunt; Rubei resolutionē non obesse, vel nostram sententiam concludenter magis confirmant. *Bonum, 255. 146. 6. 20.*

Sexto constituo, representationē de 26, qua in d.l. 40. Tauri habiturā quoq; locū in his maioratibus, qui absq; institutio- nis scriptura, ex solā tēporis antiquitate, aut consuetudine constant: nā cū eorū institutiones non appareant, nec leges, aut conditiones, quibus à principio fuere instituti aliunde sciri possint: is ordo necessario in eorū maioratuū successione seruandus erit, quē in alijs maioratibus, legibus Regijs inuenimus institutū, atq; hujus Regni vniuersali cō suetudine in maioratuū successione ob seruari solitus est. Maximē cū ex resolu- tione superiustradita, nihil intersit, an in vltima voluntate, an in contractu inter viuos ab initio institutus fuerit maioratus, de cuius origine, aut institutio- ne non appetet. Et in dubio institutoris

maioratus illius, mēs & intentiō ea fui- se videatur, vt nepos præferatur patruo in omni casu, iuxta communē obserua- tionē Hispaniæ, prout in terminis dict. l. 40. Tau expressim, & verissimē anno- tavit Couarr. practicarum, dict. cap. 38. numero nono, versiculo, septimo ex his ipse infero, & libr. tertio, variarum, ca- pit. 5. numer. 8. quem refert, & sequitur Ioannes Matiençus, in l. 5. titul. 7. glossa prima, num. 8. libr. 5. nouæ collectionis Regiæ. Dicens, quod si nullis clausulis adiectis, maioratus factus fuerit, sed per testes, vel sententiam constet, esse ma- ioratum, quod nepos ex filio primoge- nito ante mortem aui defuncto, patruo præfertur. Et confirmat ipse Matien. ex his, quæ antea dixerat, in l. 1. eod. titul. 7. glo. 7. per totā. Quo loci ex relatione a- liorū plurimorū authorū obseruauit, q; maioratus mentione in aliqua dispositio- ne, vel scriptura facta, omnes clausulæ censemur oppositæ, quæ solent com- muniter apponi in maioratu, & inde, quod is ordo in successione eius maio- ratus obseruabitur, qui in alijs obserua- ri solet. Ac proinde ad maiorem natu- pertinebit, & ad masculos, & in eorum defectum ad fœminas, & ad omnes des- cendentes, & transuersales ordine suc- cessio in perpetuum. Id quod ego la- tissime comprobaui, & plura in propo- sito utilia cogēssi, harum quotidianarū contr. iur. cap. 22 per totū, vbi ex nu. 33. cum sequentib. aliquā adduxi, quæ mira huic casui nostro conueniunt. Dixi nāq; quod si maioratus ex sola tēporis anti- quitate cōstat, ita vt de eius origine, atq; institutione non appareat per scriptu- rā, sed per immemorialis pæscriptio- nis probationem tantum, iuxta decisio- nē l. 41. Tauri, quod tunc perpetuus ma- ioratus iudicari debet inter descēdētes, & trāuersales, & in eo succedēdū est eo ordine, & forma, quo succedi debet re- gulariter in maioratibus perpetuis se- cundum ius commune regium, de quo in l. 2. titul. 15. partit. 2. quo etiam ordine succedendum, in eisdem terminis dixit Ludouicus Molina, de Hispan. primog.

Quotidian.controuers.iuris.

libro primo , capite tertio , numero 22. qui quanvis non loquatur specifice in specie dictæ l. quadragesimæ Tauri, generice tamen in terminis eiusdem legis, & cuiusquæ alterius de maioratu loquétis, obseruandum esse ordinem succedēdi in Regno, cum maioratus ex sola temporis antiquitate constat, & ab ipsius Regni successione interpretatione recipere; probauit expressim. Sanè in Regno nepos primogeniti patruo præfertur, ut in dicta l. 2. titulo 15. partita 2. exprimitur, ergo Ludouici Molinæ locus id aperte inducit. Idcirco pro hac sententia, videlicet, quod repræsentatio admittatur in maioratu ex consuetudine industo, citauit eum Auendañus, (tacito tamen Gouarru. & Matienço, nunc à me relatis) glos. 2. dict. l. 40. Tauri, nume. 7. & 8. & ibidem adducit simile ex feudo acquisito ex præscriptione, in quo necessario esse succedendum secundum ordinem in similibus feudorum successionibus solitum obseruari, probarunt Baldus, Alexander, Molineus, Iulius Clarus, & Tiraquelus, ibi relati, quos, & alios plures, antea retulerat Molina, libro i. dict. capit. 3. num. 5. & 22. Erat tenendum est, quanvis Aluarius Valascus (cuius etiam non meminit Auendañus vbi supra) de iure emphiticico, dicta quest. 50. num. 43. absolute, atque generaliter constituerit, quod si successio per consuetudinem, vel statutum proximiōri defertur, non sit locus repræsentationi, si successio particularis fuerit, non hæreditaria. Ipse nam quæ non loquitur in terminis iuris nostri Regij, nec in maioratu, aut primo genio, nec attēta decisione dictæ l. 40. Tauri. Loquitur etiā, quādo consuetudo proximiōre vocat, nos verò loquimur, quando eo sola temporis antiquitate, & absq; vlla maioratus institutionis scriptura, aut vocatione aliqua maioratus subsistit, quo casu is debet ad successione admitti, qui ex vniuersali huius Regni cōsuetudine admitti solet in alijs maioratibus, vt supra dixi. Præterea, Baldi illa doctrina, qua ipse Valascus ex cita-

262 tur præcipue, nō omnino certa est, nec ab omnibus approbata, imò in contrariū tenet quam plures, & maximi nominis authores, quos Guil. Bened. Tiraq. & Couarr. ab eodem Valasco citati, tenuerunt, ut ipse quoque fatetur.

Septimo constituo, dubium esse, vtrū in donatione regia, seu dominica sit locus repræsentationi, ut nepos patruo excludat. Et quidē Bar. in authen. post fratres 2. nu. 1. C. de legitim. hæred. expressim tenuit partē negatiuam, quod scilicet in ea repræsentatio admittenda non sit, atq; ex hoc defendit sententiam Bonifacij latam pro Rege Roberto aduersus Regem Vngarie, Caroli Marteli filium primogenitum. De qua in Clemētina Pastoralis, de re iudicata, quod etiam sentit Bald. in l. liberti, libertæque, num. 18. C. de bonis libertor. & Ioann. Lecerier, de primogenitura, lib. 1. questio. 25. num. 8. Tiraq. de primogenitura, questio. 40. nu. 220. vbi inquit, quod si concessio dominica, iure maioratus facta, sit feudalis, nepos patruo propter repræsentationem, quæ in feudis admittitur, præferendus sit: si vero non sit feudalis, præferri debet patruus, quia in hoc casu repræsentatio locum non habet. Bartol. quoquæ sequuti fuere Fulgusius, & Corneus, in dicta authentica post fratres. Socinus Junior, Ioannes Lecerier, Alexander, Antonius Rubeus, Couarru. & Acosta, quos retulit Auendañus, dicta glossa secunda, l. 40. Tauri, 263 numero 70. Atque inde ex ea Bartoli doctrina, & alijs pluribus resoluta Emanuel Costa, in questione patrui, & nepotis, pagina vigesima nona, cum præcedentibus, & sequent. quod bona quædam, quæ in Regno Portugalie, Reges nobilibus illius Regni donarunt, quæ postea eisdem confirmata fuerunt, ea lege, ut illa iure maioratus possideret, prout in Regno Castellæ, in bonis à Rege Henrico secundo donatis, ex clausula sui testamēti factum fuit: ea inquā bona non nepoti, sed patruo deferenda essent, & ita Acostā retulit Molin. lib. 3. c. 7. nu. 13. Quo loco sententiam quoquæ Bartoli

pe-

superiorem commemorauit Molina, sed quando Regia, seu dominica donatio iure maioratus facta fuit, non amplectitur sententiam Bartoli, nec Acostæ, immo contrariam sustinet vallidissime, ut statim dicetur & expressim dixit eodem numero decimotertio, in versiculo, quicquid autem. Male 264 igitur expendit, & citat Molinam met ipsum, qua si eius opinionis sequacem Auendañus, dicta glossa secunda, numero 70. cū contrariam tenuerit expressè (vt dixi) sententiam tamen Bartoli, ac etiam traditionem illam Acostæ, firmiter defendit Aluarus Valascus, de iure emphiteutico, quæstio. 50. ex nume. 20. usque ad numerum 28. ubi in effectu in duobus insistit. Imprimis, in donatione dominica representationem non dari, iuxta superiorem Bartoli doctrinam, quam sequitur. Deinde, in donationibus bonorum Coronæ, quæ per modū maioratus deferuntur, representationem quoque non admitti, & inde patruum nepoti præferri, iuxta obseruationem Acostæ, quam etiam probauit: & hic author semper intelligit resolutionem hanc, prout Tiraquelus, supra 266 relatus intellexit, quando concessio nō est feudalis: nam ubi concessio feudalis est, nepotem patruo præfert, sicut in feudiis præferri, receptum est. Et reddit rationē differentiæ Avend. dict. glos. 2. l. 40. Taur. nume. 74. & antea gloss. 1. numer. 10. & 11. prout statim dicetur. Deniq; resolutionē eandē Bar. ac etiam Acostæ obseruationē superiorē, & differentiam illam Tiraqueli, an concessio dominica, feudalis fuerit, vel non feudalis, amplectitur quoque constanter, & latius prosequitur Auendañus idem nunc relatus, dicta glossa secunda, videndus ex numero 68, usque ad numerum 75. Vbi imprimis, dicto numero 68. aduertit, articulum hunc, an in Regia, seu dominica donatione, representationi sit locus, necne, non procedere, quando in ea donatione nulla fieret mentio maioratus, vel quando bona diuisibilia donarentur, vt la-

tius ibi explicat. Sed duntaxat, quando regia, seu dominica donatio fieret in ali quibus bonis, vt in eis iure maioratus succedatur, vel si oppida cū iurisdictione titulo, Ducatus, aut Marchionatus alii cui nobili, & eius filijs, & descendantibus fuissent cōcessa in infinitum: quo casu censeretur eo ipso inductū verū primogenium, vt in eis bonis iure maioratus in perpetuū, atq; de primogenito in primogenitum succederetur. Prout Anton. Gom. Greg. Lop. Pinel. Molina, & Matienç. relati ibi num. 69, obseruarunt. In his ergo terminis Auendañus metipse, nu. 70. simuli iungit Bart. doctrinam superius relatam, & traditionē illā Acostæ, arque firmiter (vt dixi) defendit, in donatione dominica, in qua iure maioratus succedendum est, representatione non admitti. Statim tamē numero 74. ac etiam glossa prima, eiusdem l. quadragesimæ Tauri, numero decimo, & vndecimo, distinctionem communem Doctorum probauit (vt supra dixi) quod si donatio feudalis nō sit, representatione non admittatur: si vero feudalis fuerit, admitti debeat representatione. Ea ratione, quod reductio de ea ad maioratum, primūam eius naturam non mutauerit, nec mutare debet. Idcirco, cum est feudalis, representatione admittitur, sicut in feudiis: cum vero non est feudalis, ideo excluditur, quia ex propria eius natura dominica donatio representationem non admittit, nec ex reductione de donatione ad maioratum, noua qualitas inducitur, aut inducta censi debet. Et refert utroquē loco per multos authores, sic tenētes: atquē dicto num. 74. & numer. 73. in fin. ex prefata differentia, & ratione infert solutionem ad id, quod antea dixerat, & constituit, non esse necessariam consequiam, ex dominica donatione cum dignitate Ducatus, & Marchionatus inducitur primogenium, siue sic facta ipsa censemur, vt iure maioratus habearur, ergo cum representatione haberi debet: tam ex eo, quod in donatione non dicetur eius natura conseruari.

ex reductione ad maioratum, sed de novo nasci, & creari, quam quod maioratus absq[ue] representatione dari potest, prout plurima primogenia absq[ue] representatione reperiuntur, cum possit ea representatio ab instituente excludi. Præcipua enim primogenitorum natura in perpetuitate, atque individualitate consistit. Cæterum (vt ego verè existimo) ratio hæc non adeò fortiter adstringit (vt Auendañus metidem arbitratur) nam ex quo iure maioratus habenda, donatio dominica fuisset facta, considerari non deberet, an eius natura primæuæ conseruaretur; siue noua qualitas in ea crearetur: ex quo enim iure maioratus concederetur, non modo inconueniens, aut mirum videri deberet, quod eius natura immutetur, imò eo ipso videbitur, cum omnibus qualitatibus, quæ in alijs bonis primogenitorum, & maioratum insunt sui natura, concessa. Et sic qualitas quoquè noua ex qualitate concessionis iure maioratus facta esse debebit. Quod autē absq[ue] representatione maioratus dari possit, & sæpè detur, verum est, quia (vt Auendañus inquit) ab instituente representatione excludi potest. Cæterū, quod vbi bona iure maioratus donata, seu concessa fuere, nec representatione exclusa est, exclusam eam intelligamus; & ab ordine succedendi in maioratibus, cōmuniq[ue] in eorū successione consuetudine alienum est, & decis. dict. l. 40. Taur. valde repugnans, quippè cū ea in lege pro regula tradatur imprimis, in successione maioratus representationem admittendam, atque nepotem patruo præferendum esse, postmodum regula ea limiteatur duntaxat vno casu, quando scilicet maioratus institutor aliud statuerit, vt infra dicetur. Post decisionem ergo eiusdem l. Tauri quadragesimæ, representationem quoque in huiusmodi Regia, seu dominica donatione admittere, securius, & verius videtur, vt Molina, statim referendus, animaduertit, sed superiora non ita considerat, nec obseruat: in terminis autem

iuris communis, ac etiam in primogenijs excluserunt representationem authores supra relati, vt ibi dixi. Ipsique ea ex citantur, atque adducuntur præcipue ratione, vt Molina, libro tertio, dicto capite septimo, numero duodecimo, annotauit, & post eum Auendañus, eadem glossa secunda, numero 71. & 72. & 73. scilicet, quod affectio Regis, vel alterius domini donantis, non sit eadem consideratione censenda, prout censentur dispositiones parētum, cognatorum, vel agnatorum, vt primo filium, deinde nepotem ex eo; atque cæteros eius descendenes ad successiōnem inuitasse videantur. Rex namque donans id tantum, considerasse videtur, quod potius suo obsequio, atque Regni commodo, & conservationi conuenit, videlicet, vt is admittatur, qui ei melius seruire possit, atque Regnum prudentia, & fortitudine defendere.

Qua ratione in regia donatione semper videtur vocatus patruus, qui solet esse ætate maior, ac ideo prudentior, & fortior præsumi debet. Ut considerarūt authores relati per eundem Molinam, dicto numero 12. & Auendañum, dicto numero 72. qui numero 73. subdit, id & alia ratione comprobari, scilicet, quod in dominica donatione nō iure hereditario succedatur, ac pro inde representatione admitti non debeat, iuxta illam theoricam, quod in his, quæ iure hereditario non deferuntur, representatione admittenda non sit, quo fundamento ante Auendañum usus quoque fuit Aluarus Valascus, dicta question. 50. numer. 22. & 23. sed quam debile, & infirmū illud sit, satis constat ex his, quæ sæpe in cōtrarium repetita fuere, ex illis nāque, etiā cum iure hereditario non succeditur, multis in casibus representationem admitti, prubauiimus. Item ex his, quæ Molina metipse statim referendus, vt huic fundamento satisfaciat, obseruat.

Molina igitur idem, de Hispanorum primogenijs, libr. 3. dict. cap. 7. num. 13. superioribus non obstantibus, contrariū firmiter, & rectius quidē tener, & inquit quod

Quod quicquid sit in alijs Regijs donationibus, in quibus Bartoli doctrina, & sequacum traditiones procedere possunt, in regia tamen donatione, seu concessione iure maioratus facta, procul dubio dicendum esse, dispositionē dict. l.40. Tauri, seruandam fore. Cum enim in illis donationibus, iure maioratus succedendum sit, consequens est, ut ea lex quę de maioratibus loquitur, ea omnia comprehendat. Cui enim verba legis conueniunt, lex etiam ipsa debet conuire, l.4. §. toties, cum vulgatis, ff. de dāno infecto. Et secundum hanc resolutionē distinguendū non erit, an concessio feudalis fuerit, vel nō feudalis, quod apertissime præsentit Molina, licet non ita expresserit, & differentia illa in maioratibus recte exploditur ex his, quæ vltra omnes adnotabam supra numeris præcedētibus. Nec obstat dicere, quod in huiusmodi donationibus iure hereditario non succeditatur, & consequenter in eis representatione admittenda nō sit, nā huiusmodi fundamentū quā debile, & infirmum sit, supra perpendi, & vltra respondet Molina, lib. 3. eodē cap. 7. nū. 13. vers. fina. quod regula hæc in primogenitorū successionibus triplici ratione non procedit, prout c. 3. eiusdem lib. 3. ex nū. 40. cum seq. ipse probauit. Idque præsertim dicendum esse, extante decisione legū partitarum & Tauri, ex quarum dispositione iā dubitari non petest, in quaunque dispositione iure maioratus facta, representationem admittendam esse. Id quod ego verissimū semper existimo, nec contrarium probabile puto post legum illarum partitarum, & Tauri constitutionē. Et sic quoquę verum putauit, & Molinam sequutus est in omnibus, atque traditionem illam Acostæ improbavit expressè alter Ludouicus Molina, è societate Iesu Religiosus, tom. 3. de iustitia, & iure, disputatione 626. numer. 13. per totum, folio mihi 404. dicens, decisionē earundem legum regiarum procedere in maioratibus de bonis Coronæ Regni institutis, siue ex donatione Principis factis, at-

270

369

quę in eis representationē admitti, & filium ingredi locū patris. Dicit etiā, iuxta hæc approbandā esse sententiam Panormitani, & Castrensis, qui responderunt, in donatione facta à Rege Castellæ cūdam Petro Afan de Ribera cuius dā maioratus sibi & liberis suis nepotē ex primogenito defuncto præferendum fuisse patruo propter representationē, qua in Regno Castellæ nepos representat suum patrem, atque eam sententiam immerito improbari ab Emanuele Acosta, de successione patrui, & nepotis, prima parte, numero 27. loquendo de hoc Castellæ Regno, de quo ipsi loquebantur Molinā quoque sequitur Blac. Flor. Diaz de Men. in additionibus, ad decis. Gammæ 174. in fine.

Probauit etiam secure Pater ipse Ludouicus Molina, eodem in loco, dicto numero 13. fol. 404. representationem de qua in dictis legibus partitarū, & Tauri, admittendam esse in his bonis, quæ iure maioratus à Rege Henrico secundo nobilibus Hispaniæ donata fuere, queque redeūt ad Coronā Regni eo ipso, quod vltimus eius maioratus possessor absquę descendētibus legitimis masculis, aut fœminis decedit, iuxta clausulam eiusdem Regis Henrici, in l. 11. titul. 7. libro quinto, nouæ collectionis regic, & in hoc vltimo sequitur Ludouicum Molinam, de Hispanorum primogenijs, libro 3. dict. capit. 7. numero 12. ubi constater asseuerauit, in successione dictorum primogenitorum ex clausula testamēti dicti Regis Henrici, similiter servandum esse representationis ordinē in dict. l. 40. Tauri præstitutū, cum omnibus extensionibus, & qualitatibus in eadem lege adiectis: cū in his bonis ex dictis legis dispositione, iure maioratus succendendum sit. Nec obstat, si dicatur (vt ipse quoquę tradit, numero decimotertio, in versiculo, nec obstat) mentem Principis in hac parte non conuenire cum mente maioratus institutoris, ex rationibus quas in dominica, seu Regia cōcessione paulo ante adduceamus: nā si bene id consideramus, potius ad mēte

Quotidian.controuers.iuris.

iuris, & legum de maioratibus loquen-
tium, quam ad proprium commodum
dispositiones Principū referendæ sunt,
I. ex facto, cum similibus, ff. de vulgar. &
pupil. substitut. Imò quanvis ad propriū
Principis commodum, ac obsequium,
dispositio Principis referenda esset: nō
est cur ex hoc censeamus eum à iuris
regulis, ac generali Hispaniæ consue-
tuine in his primogenijs de viasle: cum
enim in personis ignotis in posterum
primogenij institutio verificanda sit, nul-
la congrua differentia ratio assignari
poterit, ex qua potius de patruo, quam
de nepote Princeps confidat, cum pos-
sit esse nepos patruo prudentior, & for-
tior, atquē etiam ætate maior: prout
pluries compertum est, in quoque ca-
su nulla ratio particularis aduersus ne-
potem, & pro patruo in Regia dona-
tione adduci potest, ideoque ex hac tā
leui conjectura, à tā solidissimis, & fir-
missimis juris principijs recedendum
non erit. Et haec tenus Molina, cuius ra-
tio (vt vides) non modo in donationi-
bus Regis Henrici, sed etiam in quacun-
quē dominica, seu Regia donatione,
aut concessione concludit. Et ideo cū
eo sic firmiter tenendum erit in hoc ar-
ticulo, & superiori. Nec placere po-
test Auendañus contraria sententia, in di-
cta l. 40. Tauri, glossa secunda, numero
271 78 & 79. Imò eiusdem fundamenta de-
bilis sunt, atquē ex his elliduntur, quæ
ipsemet Molina in eodem proposito
annotauit, vt nūc vidimus. Sed & ultra
272 Molinam eundem, ex eo Auendañus fun-
damenta non adstringunt, quod cū
donationes huiusmodi Regis Henrici,
maioratus iure factæ fuerint, maiora-
tus, seu primogenij naturam, & qua-
litates in omnibus assumunt, ac sic factæ
videntur, vt legibus, & institutis ordi-
narijs maioratum regantur, & eis-
dem conueniant. Vnde non est facien-
da tanta vis in eo, quod donatio feuda-
lis non fuerit, sed in eo quod iure ma-
ioratus sit facta, fieri debet. Non etiam
273 in alio vis fieri potest, quod scilicet iu-
re hereditario non deferatur: cum v-

trumque in quo fixit magis pedes A-
uendañus, nihil intersit, vt supra nu-
meris superioribus dilucide obserua-
ui, & ostendi. Dicere etiam (prout A-
uendañus dicta glossa secunda, nume-
ro 80. dicit) quod primogenia Hispa-
niæ iure sanguinis non deferuntur, sed
iure hereditario, ex se constat, quam
falsum sit, & contrarium verissimum,
ex his, quæ obseruationibus præceden-
tibus plena manu adnotauit, & scripsi.
Concesso etiam absque veritatis præ-
iudicio, quod maioratus, qui ex Regijs
donationibus Regis Henrici procedūt,
magis ex dominica donatione, quām
iure sanguinis videantur deferri, ne-
quē hereditarij dicantur (in quo sem-
per Auendañus insistit) quid inde de-
duci valebit, cum possint ipsi non iure
sanguinis, aut etiam non hereditario,
sed alio iure deferri, & nihilominus,
etiam in terminis iuris communis, re-
præsentatio admitti, vt səpē annotauit,
& probauit. In terminis autem iuris no-
stri Regij, & post decisionem legū par-
titarum, & Tauri inspiciendum dunta-
xat erit, an iure maioratus deferatur suc-
cessio, vel non, vt definiri valeat, an sic
locus repræsentationi, vbi ab instituto-
re repræsentatio ipsa non excluditur,
nec aliud inspiciendum, nullus equi-
dem negare poterit, qui earundem le-
gum ac earum conditorum mentem, &
intentionem, & primogeniorum pecu-
liarem naturā perspexerit. Male igitur
in bonis à Rege Henrico iure maiora-
tus delatis, repræsentationem denegat
Auendañus rectiusque concessit eam
Molina. Et inde eiusdem Molinæ op-
inionem in his Regnis absque controuer-
sia seruari, & dict. l. 40. Tauri constitu-
tionem habere locum in bonis Regiæ
Coronæ, aut Hériqueños (vt vulgo pro-
fertur) resolutive testatur, nihil tamē ex
superius à me noue adnotatis, conside-
rat Blacius Flores Diaz de Mena, in ad-
ditionibus ad decisionem Gammæ 174.
274 Octavo constituo, certi exolorati que
iuris esse maioratus, seu primogenia
non modo cum facultate Regia, sed etiā
abs-

absque ea ex certa parte bonorum liberi existentibus, aut in defectum eorum ex vniuersis bonis posse institui: idcirco in huiusmodi maioratibus omnia procedere, & habere locum, quæ in alijs maioratibus superioribus, aut cum Regia facultate institutis locum obtinent, prout Molina, de Hispanorum primogenijs, libro primo, capite primo, numero 25. & sequentib. Mieres, in initio 2. partis, de maioratu, ex numero 4. vsquæ ad numerum 11. Auendañus, in l. 27. Tauri, glossa prima, numero primo, latius probarunt, alios plures referam statim. Majoratus ergo, si institutus sit per viam vinculi particularis, aut meliorationis tertij, & quinti bonorum inter liberos iuxta ordinem l. vigesime septimæ, Tauri, aut Anniversarij, vel Capellaniæ, iurisvè patronatus perpetui absque facultate Regia, verus quidem majoratus est, ac leges omnes Regiæ, quæ de maioratibus loquuntur, habent locum in eis, sicut si ex Regia facultate institutus fuisset. Idque (vt dixi) non modo in vinculis, & meliorationibus tertij, & quinti bonorum vinculatis, sed etiam in iuris patronatibus, Anniversarijs, Cappellanijs, & alijs similibus dispositionibus, tam factis de bonis vniuersalibus, quam particularibus procedit, modo iure majoratus hæc sint instituta. Ita sanè superiora omnia annotarunt Rodericus Suarez, in repetitione l. quoniam in prioribus, C. de inofficio testamento, secunda limitatione ad l. fori, numero 17. Didacus Couaru. variarum resolut. libr. tertio, capite quinto, numero sexto, Ferdinand. Vasq. Menchac. de successionum creatione, libro 3. §. 26. numero 95. & 96. D. Antonius de Padilla, in rubrica, C. de fideicommisis, numero 9. & 10. qui loquitur in vinculis, & anniversarijs iure majoratus relictis. Idem etiam censuit Petrus de Peralta, in rubrica, ff. de haeredibus instituend. numer. 123. fol. mihii 75. vbi dixit, leges Tauri loquentes de maioratibus habere locum in vinculis, seu majorijs particularibus, & in me-

liorationibus tertij, & quinti per viam vinculorum, ex legibus Regijs constitutis, atq; et iā procedere in iuris patronatibus, quando per viam iuris patronatus laicorum maioria instituitur, vt perueniat gradatim in eos, qui de familia institutoris sint, cum onere sustinendi, & administrandi Capellanias, quas vocat. Et Peraltam commemorat, ac ita quoquè tenet, & Antonium Gometium, Ferdinand. Gom. & Palac. Rub. contrarium credentes, improbat Ludouicus Molina, de Hispanorum primog. libr. I. cap. primo, numero 25. & 26. idem quoquè tenuit, & pro ipsa sententia, Didac. del Castill. Ioann. Lup. Tellum Fernandez, Gomez Arias, Gregorium Lopez, Menchacam, Couar. Molinam, & Antonium Gometium sibi contuarium refert Ioannes Matiençus, in l. 8. titul. 7. glossa tertia, numero 5. libr. 5. nouæ collectionis Regiæ. Velasquez Auendañ. in l. 27. Tauri, gloss. prima, numero primo. Azebedius, in rubrica titul. 7. libr. 5. numer. 7. & in l. 8. eodem titulo, & libr. qui verbum illud: *de mayorazgo, ea in lege positum, intelligit accipiendum quoque in vinculis particularibus factis inter viuos, vel in ultima voluntate, & in anniversarijs perpetuis, & in patronatibus, & Capillanijs admodum maioratu constitutus,* Ioannes Cutierrez, practicarum, lib. 2. quæst. 85. num. 2. versiculo, secundo quia ita verus. Hieronymus Zaualllos, practicarum contra communes, quæstione 398. numero 14. pater Ludouicus Molina, tomo tertio, de iustitia, & iure, disputacione 576. nume. undecimo, & decimo tertio, id ipsum latius quoque probauit, atque infert ad multa, quæ inde deduci, atque decidi possunt in materia maioratum Pelaez à Mieres, in initio primæ partis de maioratu, ex numer. quarto, vsque ad numerum duodecimum, qui recte constituit, appellatione maioratus ex communi vsu loquendi, quodlibet vinculum contineri, & bona vinculata particularia appellari communiter maioratum, & omnes leges

Quotidian. controuers. iuris.

de maioratu loquentes, habere locum
in eis, & in meliorationibus tertij, &
quinti a parentibus vinculatis, & in an-
niuersarijs, & iuris patronatus, quæ te-
statores solent destinare ad sacrificia,
prout frequenter in Hispania fit. Aliae e-
tiam vtilia Pelaez ibi deducit, vt videri
poterit. Et verè resolutio præfata ex plu-
ribus legibus Tauri probatur, vt dedu-
xit Matieçus, in locis relatis dicta gloss.
3.l.8.titul.7 libr.5.numer.5. ac inter alias
ex l.44. Tauri, quæ hodie est, l.4.titul.7.
libr.5.nouæ collectionis Regiæ, ibi: *El*
que hiziere algun mayorazgo, aunque sea
con autoridad nuestra. Ergo verus maiorat-
tus erit, & si absq; Regia facultate fiat,
adhuc enim maioratus appellatur ibi,
atquè id dictio ista, quamvis, importat, vt
Molina, dicto capit. primo, numer. 25. &
Ioannes Gutierrez, dicta quæstion. 85.
numero 2. obseruarunt. Mieres etiam,
in initio dictæ primæ partis, nume. quar-
to, columnæ tertia, qui & alio quoquè
modo expendit legem eandem in ver-
bis sequentibus, iuncta l. decimasepti-
ma, Tauri. Dicit enim, quod in casibus
in quibus maioratus, cum facultate Re-
gia institutus, reuocabilis est, aut irreuo-
cabi. is, in eisdem met casibus liceat, aut
*nō liceat reuocare maioratum, aut me-*liorationem absquè Regia facultate fa-**
ctam. Sic ergo tenendum erit firmi-
ter, prout præcitatii supra authores om-
nes resoluunt, quicquid pauci illi a Mo-
llina relati, dubitent. Quicquid etiam
Petrus de Salazar aduocatus Grana-
tensis, in tractatu de usu, & consuetu-
dine, capite ultimo, in iure patronatus,
Anniuersario, & Capellania contrariū
intenderit, & Molinam, atquè sequaces
improbet. Sed præpostere equidem, &
innaniter torquetur is author, dum tot
congerit aduersus Molinam, & supe-
riorem traditionem communem, atquè
adeò diffusse loquitur, vt cunquè namq;
ressit, dato etiā, & concessu pro vero,
quod patronatus à maioratu differat,
seu illi maioratus diffinitio non conue-
niat. Dato etiam pro vero, quod differē-
tiæ ab eo authore consideratæ, & dict.
cap. ultimo cong estæ, plane procedant

inter maioratum, & ius patronatus, &
Anniuersariū, & Capellaniā: nihil inde
ad rē proculdubio, nec pro ipso autho-
re aliquid vrgens, possunt enim ea om-
nia, quæ ita anxie ipse conatur probare,
procedere, atq; obtainere, & nihilominus
ex dictis legibus Regijs, & natura, atq;
qualitate, & cōditione maioratus pecu-
liari, ex cōmuni etiam consuetudine, at-
què vñloquēdi, qui attēdi quoq; debet,
certū, & verū erit, quod si ius patrona-
tus, aut Anniuersarium, vel Capellania
instituatur, vt perpetuò duret inter om-
nes de familia instituentis, gradatim ta-
mē, ac vni duntaxat successio deferatur,
& per viā vinculi, & maioratus perpe-
tui id fiat, & bonorū alienatio prohibetur
sive quod iure maioratus in ea succedē-
dum sit, exprimatur: verus, & proprius
maioratus censeri beat, sive omnia,
quæ in alijs vinculis, & maioratibus ob-
seruantur, seruāda in eis equaliter sint,
nulla enim differētiæ ratio excogitari,
aut adduci valet, qua in eisdē diuersum
ius, quām in alijs vinculis, & maiorati-
bus particularibus, perpetuò tamē reli-
ctis, possit cōstitui, si iure maioratus ha-
benda fuerint instituta, aut perpetuò ea
duratura, & nō alienāda, atq; vni deferē-
da expressū sit. Et ita cōmuni praxi ino-
leuit, quod in istis idemmet ius, quod in
primogenijs observatur, vt testatur Pe-
trus de Peralta, in rubrica, ff. de hered.
institu. nu. 123. & Molina ac superiores
sequuntur. Vides ergo vel vno tantū ver-
bo Salazaris nouā opinionem conuictā,
& ideo alia sciens cōsultoquè duxi præ-
termittēda, quæ aduersus eiusdē autho-
ris scripta, & considerationes, nō absq;
subtilitate, & veritate possē perpēdere,
quod vel ex dictis tantū, ipsius sentētia
remaneat cōcludēter destructa. Non e-
nīm in proposito inspicimus naturā, cō-
ditionē, aut iuris patronatus, vel anniuer-
sarij diffinitionem, nec alia, sed an iure
maioratus dispositio facta fuerit, vt per-
petuò duret, inspiciendum est. Quo cir-
ca (vt dixi) Salazaris sententia non sub-
sistit, quam etiam falsam dixit, sed nihil
ex superioribus considerauit Alphon-
sus Azeuedius, in rubrica tituli septimi,

num. 7. libr. 5. nouæ collectionis Regiæ,
& in l. 5. in prin. & in l. 8. nu. 1. eodem tit.
7. & lib. 5.

Ex his proculdubio nonnulla in proposito inferre, ac decidere placuit: in primis (quod ad nostrum institutum attinet præcipue) ex dictis haec tenus ex numero 274. sequi, atque deduci manifeste, dictæ l. Tauri, 40. constitutionem & repreſentationem ibi inductam, procedere & habere locum in vinculis particularibus, in meliorationibus tertij & quinti, bonorū parentum vinculatis, in anniversarijs & patronatibus, siue capellanijs, aut memorijs perpetuis, iure maioratus relictis, & absque Regia facultate institutis, quando (vt supra dixi) gratiam, ac iure sanguinis in omnes de familia debent deuenire, sed vni duntaxat suo ordine deferuntur. Idque ex paritate rationis, & qualis namque in eis, sicut in cæteris maioratibus ratio militat, nec diuersum ius quo ad repreſentationem constitui potest, ex quo in his iure maioratus succedendum sit, & in successione maioratus absolutè adeò, atque indistinctè repreſentatio introducitur ea in lege. Quod in specie eiusdem legis quadragesimæ Tauri, verum esse censuit, & sic annotauit Didacus Couarruias practicarum, dicto capite trigesimo octavo, numero decimo tertio, versiculo, Ego vero, vsque ad finem. Ferdinandus Vazquez, Menchaca, de successionum creatione, libro tertio, §. viigesimo sexto, num. nonagesimo quinto, Petrus de Peralta, in rubrica. ff. de hæredibus instituendis, dicto numero 123. dicens ita pronuntiatum esse non semel in his terminis pronepote superstite, patre præmortuo in vita aui contra patrum ipsius, hocque esse usitatum, 278 ac ex facto sæpè euenire in dispositiōnibus, quæ fiunt de certis bonis vinculatis, aut per viam vinculi & maioratus, aut per viam iuris patronatus laicorum perpetui. Eandem quoquæ sententiam tenuerunt Ludouicus Molina, de Hispanorum primogenijs, libro tertio, capite sexto, numero quadragesimo secundo,

& capite septimo, numero decimo nono, Antonius Gornetius, in eadem l. quadragesima Tauri, numero quinquagesimo sexto, in fine, D. Antonius Meneses de Padilla, in rubrica, C. de fideicommissis, ex numero octavo, Pelaez à Mieres de maioratu, in initio primæ partis, numero quinto in principio, & iterum secunda parte, quæstione sexta, numero trigesimo tertio, Ioannes Matiençus in l. quinta, titulo septimo, glossa prima, numero nono, & glossa quinta, numero septimo & octavo, libro quinto nouæ collectionis Regiæ. Azeuedius in eadem l. quinta, numero primo, & in l. octaua, eodē titulo septimo, & libro quinto in principio, & in rubrica tituli eiusdem septimi, numero septimo, ubi reddit rationem verissimam, atque ex his confirmatam, quæ ex dicto numer. 274. adnotata fuere, videlicet, quod cum maioratus iure anniversarium constituitur, verus maioratus est. Tenet quoquæ in proprijs terminis resolutionem eandē Velazquez Auendañus, in l. vigesima septima Tauri, glossa prima, numero primo, & in dicta l. quadragesima Tauri, glossa secunda, num. 61. & 62. Blazius Flores Diaz de Mena, in additionibus ad decisionem Gammæ, 59. in versiculo Sexta & ultima resolutio est, folio trigesimo nono, in illis verbis: *Obtinent etiā in anniversarijs, & patronatibus, quando in eis succeditur per viam maioratus.* Pater Ludouicus Molina, tomo tertio, de iustitia & iure, disputatione 627. numero decimo tertio, folio 423. & nullo ex his relatō, Antonius Pichardus ad titulum institut., de hæredibus quæ ab intestato deferuntur, §. 2. de repreſentatione, numero 25.

Et idem dicendum quoquæ est, atque ex eadem paritate rationis, in c. su legi quadragesimæ primæ Tauri, prout in specie aduertit Pelaez à Mieres, in initio dictæ primæ partis, de maioratu, numero quinto, in principio. Et comprobatur concludenter ex generali Ludouici Molinæ obseruatione, de Hispanorum primogenijs, libro primo dicto ca-

Quotidian. controuersi. iuris.

279 capite primo, numero vigesimoquinto, & vigesimosexto. Et his, quæ numeris præcedentibus diximus. Id ipsum dicendum etiam est quoad hoc, ut quæadmodum in successione maioratus, proximi 281 ras inspicienda est respectu ultimi maioratus possessoris regulariter, iuxta ea quæ supra hoc eodem cap. resoluta fuere: sic etiam & eodem modo in vinculis particularibus, in Anniversarijs, & Capellanijs, atq; alijs similibus dispositionibus, iure maioratus relictis, inspici debeat. Quod expressim annotauit Molin. lib. 3. dict. cap. 6. num. 42. idquæ verissimum est, & comprobatur etiam concludenter ex antea dictis.

280 Secundo infertur, atque deducitur, l. 45. Tauri remedium possessorum, quæ hodie est, l. 8. titulo 7. libro 5. nouæ collectionis regiæ. Et sic beneficium ipsius legis procedere etiam, & habere locum in vinculis particularibus absque regia facultate, sed authoritate legum huius Regni institutis, & in anniversarijs, atque patronatibus, & similibus alijs dispositionibus, iure maioratus relictis. Et consequenter competere ei, cui ex dispositione iuris, aut vocatione institutoris, ius succedendi competit in eisdem. Ita sanè tradiderunt Didacus del Casti. uerbo, para siempre. Luppen, numer. 77. Tellus, numer. secundo, Gomez Arias, 59. in l. 27. Tauri, Gregorius Lopez, in l. secunda, titulo 15. partita secunda, glossa prima, in fine, Couarr. variarum libro 3. cap. 5. numero 6. Menchaca, de successionum creatione, libr. 3. §. 26. nume. 95. & 96. Padilla, in rubric. C. de fideicommissis, numero nono, Auendañus, responso 28. in princip. Molina, de Hispanorum primogenijs, libr. 1. capit. primo, numero 26. & iterum libro tertio, cap. 13. nume. 62. Mieres, in initio primæ partis, numero quinto, & iterum atque latius, 3. parte, quæstione prima per totam. Matiençus in l. 11. titul. 6. gloss. 11. nume. 4. & in l. 8. tit. 7. glassa 3. numer. 4. & 5. l. 5. nouæ collectionis Regiæ. Azebedius, in eadem l. 8. numero 1. Ioannes Gutier. practicar. libro 2. quæstione

86. Velasquez Auendañus, in eadem l. 45. Tauri, glossa prima, numero tertio, Pater Ludouic. Molin. tom. 3. de iustit. & iure, disputatio. 636. num. 5. fol. 521.

Tertio, & ultimo infertur, l. 46. Tauri, quæ hodie est l. 6. tit. 7. libro 5. nouæ collectionis Regiæ, de edificijs in rebus maioratus factis loquentem, procedere etiā in vinculis particularibus, absque regia facultate factis, sed authoritate legum huius Regni, tertij, & quinti existentibus descendentibus legitimis, & his deficientibus omnium bonorum, in anniversarijs etiam defunctorum, & patronatibus, atque Capellanijs perpetuis, quando iure maioratus (ut semper dixi) relinquuntur. Ita sanè post D. Anton. de Padilla, Rodericum Suarez, & Couarr. tenuerunt Molina, libro primo, dicto cap. primo, numer. 27. Mieres, de maioratu, in initio primæ partis, num. 5. in principio, & 3. parte, quæstio. 1. & prima parte, quæstio. 10. numero 21. in fine. Ioannes Garsia, de expensis, & meliorat. capit. 1. numer. 46. Burgos de Paz Iunior, ciuilium quæstione 6. numero 45. Matiençus, in l. vndecima, tit. vndecimo, glos. 11. num. primo, & in l. 4. glos. 1. titul. 7. & in l. 8. eodem titulo septimo, glossa tertia num. 5. lib. 5. recopil. Ioannes Gutier. practicar. libr. 2. quæstio. 85. ubi hanc resolutionem legibus Regijs, & rationibus confirmar, & libr. 3. quæst. 71. numer. 36. Auendañi. in eadem l. 46. Taur. num. duodecimo. Et hactenus de vndecima obseruatione principali in hoc tractatu.

Duodecimo deniq; & ultimo loco atq; principaliter constituendū est, huc vsq; adnotata, atq; ex initio huius tractatus resoluta, multo magis habere locū, & procedere, quando constare potest, & vere cōstat legitime, maioratus institutore representationē admittere, ac filium representare personam patris sui voluisse, sic ē cōtrario ea omnia nō procedere, nec habere locū, quando legitime constat, institutorem representationē excludere, ac filium non representare personam patris sui voluisse.

Ac

Ac denique representationis vniuersam materiam, totumquè tractatum expressa, aut præsumpta testatoris voluntate, eiusdemquè præcepto gubernari, & interpretari debere: ex ipsa namque, vel admitti, vele excludi debebit representationio. Quod non modo intermis dicitæ legis quadragesimæ Tauri, referendi statim authores probarunt: sed etiam in terminis iuris cōmunis sic adnotarunt quamplures interpretes, quos Iacobus Menochius in consilio 200. numero 72. lib. 2. & in consilio 215. numero 139. libro ter. io, & præsumptione 95. numer. 19. in fine, & numero 32. commemorauit. alios plures, ideo sciens, consulto que prætermitto, quoniam in hoc nullus hactenus dissentit, & statim referam eos. Id autem eiusdem legis quadragesimæ Tauri conditores, iuridicē & iustè considerarunt, ac præoccupis semper habuerunt: in præseruando namque voluntatem, vel præsumptam, vel dispositiuam primi stablyentis, hoc in casu studiose & modeste processerunt, nec eiusdem fines, aut terminos ullo modo egressi fuere. In primis namquæ cum succedendi modum in maioratus successione, quoad descendentes in prima legis illius parte, & in secunda quoad transuersales statuissent, & secundogeniti filij exclusionem, nepotisque ex primo genito admissionem introduxissent, qualiterque, & quo usque representatione in utraque linea, formaliter aut virtualiter locum haberet, declaras sent: & in eo semper præsumptæ institutoris maioratus voluntati, ac maioratus eiusdem naturæ & qualitatibz accessissent, vt cum Couarru. & Molina, pro ratione decidēdi eius legis, s̄epissime adnotauit. In tertia tandem ac postremalegis eiusdem quadragesimæ parte, rectè, & iuridicē, atque modeste (vt dixi) primi institutoris maioratus, voluntatem dispositiuam præseruant, omnia superiora, hoc est, in prima & secunda parte statuta, locum habere, atque intelligenda esse dixerunt. Salvo si otra cosa est uire dispuesta por el que primeramente consti-

282 284 285

tuyó y ordenó el mayorazgo, que en tal caso mandamos que se guarde la voluntad del que lo instituyó. Ex quibus verbis sequentia prænotanda erunt, quæ ex ipsis deducuntur præcipue, in primis, indubitatum atque certissimum esse, representationem semper excludi in successione maioratus, quando id interueniat, quod dictis in verbis specificè fuit requisitum: videlicet, quod maioratus institutor expresse ac dilucide, & clare id disponat. Et sic ubi maioratus institutoris voluntas adsit, quæ ex eius dispositione, & verbis, apertissime deprehendatur, sequenda equidem est, sed non ex verbis ambiguis & incertis, & quæ aliud inducere possint, à communī horum Regnorum obseruatione, & legum partitarum, & Tauri dispositione recedendum erit, & consequenter, nec ex eo solum excludenda, aut admittenda representatione est. Id quod Ludouicus Molina, de Hispanorum primogenijs, libro tertio, capite octavo, numeroprimo, singulariter & vere percipit, sed alios authores, vel consulto omittit, vel saltem eo loco tacet: & ante ipsum Didacus Couarruias practicarum, dicto capite 38. num. 10. ad finem, & numero 11. Sic quoque notauit Petrus de Peralta, in rubrica, ff. de hæreditibus instituēdis, num. 122. columnā tercia, versiculo, prima quam modo dixi, folio mihi 72. qui rationem decidendi ad dictam l. in ea parte assignat, & dicit recte, atque modeste se habuisse legem illam in præseruando voluntatem dispositiuam primi institutoris hoc casu, cum rei suę unusquisque legem quam vellit à primordio dicere valeat, l. in re mandata, C. mandati, l. in traditionibus, C. de pactis, l. prima & secunda, & l. quoties, C. de donation. quæ sub modo, Matiençus in l. quinta, titulo septimo glossa sexta in principio libro quinto nouę collectionis Regiæ. Idem quoque obseruauit, & ibidem Azeuedius numero quarto, qui etiam rationem ad ipsammet legem Tauri quadragesimam, in ea parte considerat, videlicet, quod voluntas testatoris sequenda sit, & pro lege seruanda

Quotidian. controv̄ers. iuris.

da, & formam & conditionem inducat, 286 vi. ac primum locum obtineat, ut passim iuria admonent, & vulgatissimum est, pater Ludouicus Molina, tomo tertio de iustitia & iure, disputatione, 629. numero primo, folio 437. & disputatione 631. num. 7. folio 466. qui recte admonet, ante omnia cum tractatur de iure eius, qui successionem maioratus pretendit, tenorem dispositionis videndum, & dispositioni institutoris standum, illaque considerādam esse, ut dignoscatur, quis succedere debeat, Velazquez Auendañus in eadem l. 40. Tauri, glossa 20. quilo 287 verba illa: *Que en tal caso mandamos que se guardela voluntad del que le instituyó. intelligit de expressa voluntate, cum l. ipsa dixerit: Salvo si otra cosa est uniere disposta. Quæ ad dispositionem expressam maioratus institutoris sunt necessario referenda, ut ibi demonstrat, & glossa. 18. numero primo & secundo. Idemmet author rationem etiam legis illius in postrema sui parte assignat, & in illis verbis: Salvo si otra cosa est uniere disposta. Subdit in hunc modum. Et merito cum prouisio hominis faciat cessare prouisionē legis, & citat Ancharranū, & Tira quellum duntaxat, ut id confirmet. Vt tamen assumptum id de prouisione hominis probare posset per textum in l. vltima, C de pactis conuen. tam super dote, &c. & in l. cum ex filio, §. filio, ff. de vulga. & pupil. substitut. l. & habet, §. cū quis, ff. de precario, atque multis authōribus exornare, prout ego retuli eos, & ipsum assumptum singulariter explicavi harum quotidianarum controv̄ersiarum iuris, libro primo de usu fructu, cap. 19. numer. 15. & tribus sequentibus. Deinde Auendañus quoque metidem, dicta gloss. 18. num. 2. & 3. & 4. & 5. recte obseruauit, ad maioratus successionē tam admitti eos, quos admississe institutorem, ex verbis dispositionis constituit. Vnde volantas facit cessare transmissionem, & econtra transmisibile, quod ex propria sua natura transmitti non poterat, ut multi ibi relati dixerunt, & numeris præcedentibus ego quoque nota*

286 vi. Sic etiam efficere testator potest, quod in casibus in quibus non est locus representationi, ea admittatur, ut deducitur ex Socino, Decio, & Parisio, per eundem relatis: & ultra eos idem etiam tenuit Jacobus Menochius, in consil. 215. numero 139. libr. 3. & præsumptione 95. numero 19. in fine lib. 4. Tiberius Decianus, in consilio. 1. numero 155. & numerot 347. libro primo. Denique numero 6. & 7. eiusdem gloss. 18. Recte etiam annotavit ipse Auendañus, quod representatione exclusa in successione ascendētium, censetur etiam in successione transuersalium exclusa. Idque ea ratione fundat quod representatio transuersalibus per ampliationem fuerit concessa, & deficiente regula, ampliatio finitur, nec extensio potest sine regula sustineri, sicut nec accessorium, sine principali, licet econtra principale possit sine accessorio, potuisset ipse concludenter magis traditionem eam probare alia rationes, videlicet in dubio credendum esse, maioratus institutorem habuisse maiorem affectionem ad descendentes, quam ad transuersales, ut compertum est, & inde exclusa, atque denegata in eorum successione representatione, multo magis in transuersalium successione exclusam censi debere. Eò etiam, quod in dubio, una atque eadem dispositio diverso iure censenda, siue accipienda non est, l. eum qui ædes. ff. de vsu captionibus, quam nonnullis exornant Abbas, Tirraquellus, Menochius, & Martinus Moter à Cœua, quos harum quotidianarū controv̄ersiarum iuris, libro 2. capite vigesimo tertio, numero vigesimo octauo commemorauit, ubi videri poterit, nisi ex verbis dispositionis aliud colligatur aperte. Inde etiam (& ultra Auendañum) dici potest, quod si in aliqua parte dispositionis, aut institutionis maioratus, siue in aliqua vocatione, aut substitutione, vel respectu alicuius nominati, aut nominatorum ad maioratum, representatione fuerit exclusa, non leve, imò validissimum argumentum possit deduci ad credēdum, in alia parte dispositionis eius-

eiudem, aut in cæteris vocationibus exclusam fuisse repræsentationem. Ex quo vna pars testamenti, aut dispositionis aliam declarat (vt notum est) & qualitas vni gradui, aut substitutioni adiecta, in cæteris quoque repetita esse censemur, nisi diuersa ratio, aut diuersitas rationis, alia vè similis ratio contrarium suadeat. In quo equidem attentè & mature procedendum erit, ne facile quisquam decipiatur, ac ea debebunt sano iudicio perpendi, & originaliter prælegi, quæ libro secundo harum quotidianarum controversiarum iuris, capite quarto, ex numero 10. cum pluribus sequentibus, & numero 37. & 38. & 39. & 44. & numero 68. & 69. & 70. & numero 94. vbi vide omnino, & numero 126. cum alijs numeris scripta reliqui, vbi plene explicaui, an, & quando præcedentia declarent, siue determinent sequentia: quando etiam vna pars dispositionis, aut ordo datus, inter aliquos nominatos, seruari debeat inter reliquos substitutos, siue conditio, aut qualitas adiecta vni gradui, vel persona iam nominata, quando censemur repetita in persona alterius substituti. Deinde, quando, quibusve ex causis, atque dictioribus repetitio qualitatis præcedentis induci, aut cessare debeat. Semper tamen (vt dixi) quid verisimilius sit, testatorem voluisse, quidve ex verbis dispositionis colligatur apertius, inspicendum erit, eum voluntas eiudem totum efficiat. Vide etiam in proposito huius considerationis regulas generales nonnullas traditas per Ioannem Gutierrez, practicarum libro. 3. quæstione 67. in antiquis, numer. 6. & 7. & 8. & 9. & sequentibus, & numero 55. 56. & sequentibus, usque ad finem quæstionis, exhibet namque traditis, poteris deducere aliqua ad superioris obseruationis resolutionem, seu declarationem. Ibi enim (ut constat ex specie proposita numero primo, ibi vel forte in repræsentatione) loquutus est in terminis, quando testator in vna duntaxat persona repræsentationem admisit, vel ad eam se restrinxit, & tunc in proposito argumen-

tatur pro & contra, siue generalia nonnulla, & vulgata Doctorum placita perpendit.

Illud tamen certissimum erit, quod cum in dubio (vt supra diximus, & infra dicetur) inherendum sit regulæ, & generali decisioni dictæ legis quadragesimæ Tauri, ac per consequens in casu dubij admittenda repræsentatio sit, nec aliter excludenda, quam si sua dispositio ne eam excluderit institutor maioratus, (vt supra quoque dictum fuit) quod si ponamus, repræsentationem in aliqua, vel in aliquibus personis, vel in aliquo, aut aliquibus gradibus institutorem maioratus admississe, vel induxisse: tunc proculdubio planum & certum erit, in cæteris quoque personis succedere voluntibus, aut in cæteris gradibus locum habituram repræsentationem: nam si nullo in casu, vel persona, vel nullo in gradu repræsentatione inducta, vel admissa ab institutore, repræsentationem admittimus indistinctè ex dictæ legis quadragesimæ Tauri constitutione, nisi institutoris expressa dispositione fuerit exclusa, quanto magis id dicendum erit, vbi aliqua in parte, vel in persona aliqua repræsentatio admissa fuerit, quo casu compertum est, in cæteris idem institutorem voluisse. Et hæc ratio concludit, vt in hæc specie magis ex decisione & vocatione dictæ l. quadragesimæ Tauri, in ceteris personis admittatur, atque admitti debeat repræsentatio, vel ex vi comprehensiua in ceteris (vt ego existimo) quam ex aliqua extensione casus expressi ad alium, & ita tenendum arbitror, quanvis Ioannes Gutierrez, practicarum libro tertio dicta quæstione 67. ex numero 55. cum sequentibus, usque ad finem quæstionis, superiore rationem non attingat, & virtute extensionis de casu ad casum, in ceteris personis admittat repræsentationem, quando testator ad vnam personam se restrinxit in repræsentatione, quam admisit.

Regulariter tamè, ac cum nulla in parte repræsentatio excluditur, & sic in ca-

Quotidiani controvērsiū iuris.

su dubiū standum est verbis, & disposi-
tioni p̄fate legis Tauri 40. vt scilicet
repräsentatio admittatur, nec de facili,
aut ex verbis ambiguis, & quæ aliud in-
ducere possunt, censeatur exclusa, aut
excludi possit. Quod pro regula, & cer-
ta doctrina tenendum est in hac mate-
ria, & sic siccū obseruandum, prout se-
cure, & vere obseruarunt, atque ex ea-
dē Taurina constitutione deduxerunt
Ludouicus Molina, de Hispanorum pri-
mogenijs, libro tertio, capit. 8. num. pri-
mo, in fin. & numer. quinto, ad fin. Ioan-
nes Gutierr. practicarum, libro 3. dicta
quæstion. 67. num. 39. Pater Ludouicus
Molina, tom. 3. de iustitia, & iure, dispu-
tation. 629. num. 1. in princip. fol. 437 Et
hactenus de prima obseruatione, siue il-
latione ex dict. l. Taur. 40.

291 Secundo datur, quod quāuis di-
ctum fuerit supra, ad hoc, vt p̄fata legi
in postrema sui parte decisio obtine-
re possit, requiri necessario, quod testa-
tor id expresse ac specificè disposuerit,
& sic quod necessaria sit expressa dispo-
sitio, nec tacita dispositio, hoc est ex co-
iecturis collecta, sufficiat, prout autho-
ritatibus, & traditionibus interpretum,
atque fortiter, & ingeniose ponderan-
do verba eiusdem l. 40. Tauri, probauit
Molina, libro tertio, dicto capite octa-
uo, numero 2. & 3. & quarto, nihil omi-
nus tamē ad huius rei, & voluntatis insti-
tutoris probationem non excludi con-
iecturas legitimas, & quæ ex verbis ip-
sius dispositionis deprehendantur. Id
circo si conjecturæ ipse adeò præcise
sint, vt ex illis nihil aliud, quam repræ-
sentationis exclusio deduci possit, ex
eisdē à p̄fata l. 40. Tauri dispositio-
ne recedi poterit, ac debet. Idque
manifesta ratione datur, quoniam
lex ipsa Tauri, voluntatem institutoris
maioratus, & ab eo dispositum obser-
uari præcipit, voluntas autem non tan-
tum dicitur ea, quæ expressa est, sed eti-
am illa quæ tacite, & conjecturaliter
ex verbis datur, expressum nam-
que, & euīdens, & manifestum dici-
tur id, quod ex conjecturis colligitur, si

illæ legitimæ, & probabiles sint. Et ita
eruditus resoluit Molina, libr. 3. dict. cap.
8. num. 5. per totum. Quo loci refert Pa-
lac. Rub. Didacum del Castill. & Greg.
Lopez, qui in terminis dict. l. 40. Taur.
sic obseruarunt. Couar. quoque practi-
car. dict. cap. 38. num. 10. ad fin. in eadem
sententia fuit, inquit enim, quod ad ex-
cludendam representationem in casu
dictæ l. quadragesimæ Tauri, requiritur
dispositio expressa, aut ita tacita, quod
in dubium reuocari non possit. Et tan-
dem Molina, vbi supra concludit, id sibi
verissimum videri, dummodo conie-
eturæ, ex quibus prætenditur, quod re-
presentationio excludatur, vrgentissimæ
sint, atquæ eius conditionis, vt nihil a-
liud ex eis deduci valeat: aliâs autem
quod legum dispositio sequenda erit,
nec ab eius dispositione ex leuibus, aut
incertis coniecturis recedi poterit: &
eodem numero quinto, in fine, & nume-
ro sexto, Molina metidem his funda-
mentis satisfacit, quæ antea numero 2.
& 3. & 4. adduxerat, vt probaret, quod
representationio ex solis coniecturis ex-
cludi non posset. Et Ludouici Molinæ
resolutiones amplectuntur in omnibus
Jacobus Menochius, libro quarto, præ-
sumptione 95. numer. quarto, quo loci
asseuerauit, quod filij representationis in
locum patris nō potest dici sublata qui-
buscumque coniecturis, in illis casibus,
in quibus, vel lege, vel hominis disposi-
tione sancitum est, ei locum esse: sed
illis tantum coniecturis, quæ ex verbis
dispositionis colliguntur Velasquez A-
uendañus, qui pluribus rationibus idem
comprobat, omnes tamen eius rationes
in id tendunt, quod expressa dispositio
dici debeat ea, quæ ex coniecturis col-
ligitur, in dicta l. Tauri 40. glos. 20. ex
numero secundo, vsque ad numerum
15. sequuntur etiam Ioannes Matienç.
in l. 5. tit. 7. glos. 6. in princip. ibi: expressæ,
vel tacite, vt Dominus Couar. &c. lib. 5. no-
uæ collect. Regiæ, vbi (vt vides) Didaci
Couar. & Molin. vestigia, atq; tradicio-
nes sequitur, expressè sequitur etiā Aze-
ued. in eadem l. 5. numer. 4. & 5. in ver-
siculo,

sitculo, Saluo si otra cosa. Pater Ludouicus 292 Molina, tomo tertio de iustitia & iure, disputatione 629. numer. primo in principio, folio 437. & 438. in illis verbis: *Si coniectura ex ipsam dispositione sunt tales (etiam si ex irinsecus alijs coniecturis adiungentur) ut semper omni dubio securè intelligatur, id institutorem intendisse, ac voluisse, standum tunc erit eius ita perspicue coniecturata voluntati, ac dispositioni post habitare ea in parte dispositione legis Tauri, quoniam tunc vere dicitur disposuisse, ac voluisse. Si vero coniectura non sunt tales, quæ omne dubium semperant, tunc post habitare eis, standum est dispositione legis Tauri.* Didaci quoque Couarr. & Ludouici Molinæ vestigia & resolutiones amplectitur Ioannes Gutierrez, practicarum lib. 3. quæstione 67. in antiquis, numero 37. & 38. & 39. Et liquidissimas, atque apertissimas coniecturas requirit, prout præfati exigunt, & sic conciliat contrarias opiniones, prout Molina conciliauit. Quod etiam liquidissimæ & apertissimæ coniecturæ necessariæ sint, ut repræsentatio in casu dubijs excludatur, requirunt Tiberius Decianus, in consilio primo num. 394. libr. primo, & in consil. 55. numero 24. volume tertio, Franciscus Mantica, de coniecturis ultimarum voluntatum, libro octavo, titulo nono, numero secundo. Et in terminis dictæ legis 40. Tauri, Petrus de Peralta, in Rubrica, ff. de hereditibus instituendis, numer. 130. in versiculo, & ne id pretermittam, & in versiculo, si autem. Et ad hæc reduci debent ea, quæ post alios scripta reliquit Jacobus Menochius in proposito, in consil. 215. ex numero 137 usque ad numerum 141. libro 3. & præsumptione 95. num. 19. in fine libro 4. dum sufficere coniecturas ad excluendam repræsentationem assuerauit. Deciahus quoque, in consilio primo num. 89. libr. 1. & in consilio 63. numero 7. & 16. libro 2. Debent enim coniecturæ eiusmodi esse tales, quales necessariæ esse supradiximus. Sic quoque intellegenda, atq; accipienda sunt illa, quæ libro 2. har. quoti. contro. iur. c. 20. ex nro 28. in eodem proposito obseruati.

Deducitur & tertio loco ex eadem l. 40. Tauri in postrema sui parte, ibi: *Saluo si otra cosa est uiere dispuesta por el q; primeramente in situ y ordenó el mayorazgo.* Vbi (vt vides) de primo institutore duntaxat lex ipsa mentionem fecit; successorem sequentem post illum, alios etiam successores in maioratu futuros, non posse, neque inter viuos, neque in ultima mente id disponere, nec aliud disponendo, representationem excludere. Non enim potest aliquis successor in futurum disponere ullo modo in praedi- cium nepotis, vel patris personam repræsentantis, quem lex illa prætulit filio secundogenito ultimi possessoris maioratus, eiusq; patruo, aut proximiori consanguineo, nec ius illi auferre, quod ex legis, non hominis providentia eidem nepotis competit, l. si arrogator, ff. de adoptionibus, l. 3. ff. de interdictis & relegatis. Idque certissimum est, vt Petrus de Peralta in rubrica, ff. de hereditibus instituendis, numero 122. versiculo, Prima quam modo dixi, folio 72. annotavit expressim, & eo non relato, sic quoque obseruauit Velazquez Avendañus, glossa 19 dictæ l. 40. Tauri. Et confirmatur ex his, quæ supra hoc eodem libro 3. capit. fo. plena manuscripsi, vbi probavi, maiorat' successores, aut possessores, post primum institutorem nō posse ullomodo alterare, seu mutare vocationes, aut substitutiones ab institutore factas, nec ordinem succedendi ab eo præscriptū, quoniam modo præuertere, vt Molina, Mieres, & alij multi eodem cap. 10. com memorati, obseruarunt. Et ea etiam ratione inititor Peralta vbi supra, dicēs, quod nullus successor in maioratu post primum stabilientem illum, potest apponere aliquod grauamen personis vocatis ab illo stabiliente ad successionem eiusdem maioratus, cum capiant illum de manu primi instituentis, vt plusquam vulgatum est, & probatur in l. vnum ex familia, q. si defalcidia, ff. de legat. 2. Et sicut non modo par ratione, sed etiam fortiori, nec representationem excludere, aut ius nepoti ex primogenito cōpetens auferre,

Quotidian.controuers.iuris.

auferre, cum ille autoritate, & dispo-
sitione dict. l. Taur. 40. vocetur. Et inde
inquit esse, quod pater ipsius nepotis,
idemquē filius primi instituentis, in vita
sua non potest cedere iure suo in præ-
iudicium nepotis, & in fauorem fratris
minoris secundogeniti, etiam maioris
nepote, ut pene in his terminis decidit
Bald. in cons. 389. incipien. consuetudo
est, colum. penultima, lib. 5. Addiderim
ego Petri de Peralta traditionem hanc,
verissimam, & in dubitatam esse, & eius
dem nullum recentiorum omnium me-
tionem fecisse, confirmariquē conclu-
denter & vere ex his, quæ eodē cap. 10.
huius libri, cap. etiam 12. eiusdem libri,
latius ego obseruavi, tā in illa quæstio-
ne, vtrū maioratus successor possit clau-
sulas maioratus declarare, aut circa vo-
luntatē obscurā, seu ambiguam institu-
toris, declarationē aliquam facere: quā
in alia quæstione, vtrum maioratus pos-
sessor possit cedere iuri maioratus in fa-
uorem alterius, atque cessione sua ali-

quibus præiudicium generare. Deinde
addiderim, id quod in filio primi insti-
tuentis Peralta metipse dixit, similiter
quoquē, atquē eadem ratione in alijs
descendentibus, sive successoribus ul-
terioribus obseruandum esse: omnes
namquē suo ordine ex eadem l. ad suc-
cessionem inuitantur; atquē ab ipso
primo instituente capere dicuntur, id
circo alterius facta, aut dispositione
grauari non possunt, nec eo iure priua-
ri. Subdit denique Petrus idem de Pe-
ralta (mihi equidem semper eruditissi-
mus, & in rebus nobis detegendis, at-

quē ad leges huius Regni reducendis,
ceteros alios scriptores facile superās)
dicto numero 122. dicto versiculo, pri-
ma quāmodo dixi, in fin. Præfatæ l. 40.
Taur. constitutionē in postrema sui par-
te, dum ex voluntate primi institutoris
maioratus excludi representationē sta-
tuit, esse iuri cōmuni affabre consonā,
& adamussim consonam: quod etiam
verissimum est, cum etiam interminis
iuris cōmunicis, ex voluntate testatoris
induci, aut cessare soleat representatio,

etiam in casibus, in quibus alia haberet;
vel non haberet locum, vt numeris pre-
cedentibus remanet dictum, & post a-
lios scripsit à me s̄pē relatus Meno-
chius, dicto consilio 215. numero 139. li-
bro tertio, & dicto consilio 200. nume-
ro 72. libro secundo, & præsumptione
95. numero decimonono, in fine, & nu-
mero 32. libro 4. sed & in ceteris ante
postremam eam partem statutis, legem
metipsam Tauri esse iuri cōmuni con-
sonam, nec dici posse iuris communis
correctoriam, post Didacum Couarrū.
& Ludouicum Molinam, s̄pē etiam su-
pra obseruavi. Et post ipsos, & alios te-
nuit etiam Ioannes Gutierr. pacticarū,
libr. 3. dicta quæstio. 6. numer. 16. clare

293 Auendasius, in eadem l. 40. glossa 18. ex
numer. 6. usque ad numerum 13. quo lo-
ci in effectū resoluti, singularem esse le-
gis eiusdem decisionem, quatenus re-
presentationem admittit regulariter in
testamentaria successione ex hominis
dispositione, quando à testatore non ex-
cluditur. Quod & iure cōmuni attento
receptius, & communiter magis proba-
tum, atque verius fuit ex sententia Accu-
rsij, in dict. §. in fideicommisso, l. cum
ita legatur, de legatis secundo. Quam
supra sequuti fuimus, & verissimam at-
que omnino tenēdam diximus, & Baldi
sententiam contrariam reiecamus, prout
eadem Tauri constitutio aperte rejicit,
& sententiam glossę sequuta, in maiori-
tuū successione sic statuit, atque nouū
ordinem, & formam succedendi in pri-
mogenijs præscribit.

294 Quarto deinde loco, atque ex ipsa-
met l. 40. Taur. deducenda, atque petē-
da est resolutio quā plurimarum quæ-
stionum, eandem ultimam partem illi-
ius legis attinetum. Ac primo quidem,
vtrum representatione in dicta l. 40. Tauri
introductione, tā inter descendentes, quā
inter transuersales, vt ex prima, & 2. sui
parte apparet, atque ob contrariam in-
stitutoris voluntatem, & dispositionem
in ultima parte eiusdē exclusa cēseri de-
beat exclusa ex vocatione proximioris;
aut proximiorum: vel cū in institutione
maio-

majoratus cauetur, quod deficientibus
descendentibus, siue aliquibus vocatis
succedat proximior (& ut vulgo dici-
tur) *El mas propinquus, o mas cercano parien-
te.* Quo equidem in dubio cōtrariæ om-
nino extant interpretum sententiæ, &
opiniones, prout ego quotidianarū ha-
rum controuersiarum iuris, lib. 2. capite
20. ex numero 5. cum pluribus seq. ostē-
di, atque retuli eas. In primis namque,
quod repræsentatio exclusa censeatur
ex vocatione proximioris, vel cū pro-
ximior post nominatos vocatur, tam in
fideicommissis, quam in primogenijs te-
nuerunt expressim Angelus, Iason, Pa-
risius Couar. Acosta, & Antonius Go-
metius, quos retulit, & improbavit (ut
infra dicetur) Ludouicus Molina, de His
panorum primogenijs, libr. 3. cap. 8. nu-
mero 11. Rolandus, qui pro isto casu re-
pondit latissimè, in consilio vltimo, vo-
lumne primo. Latè Portius, in consilio
128. ex numero 8. cum pluribus sequent.
& cum Riminaldo Senio. Parisio, Co-
uar. & Rolando, Franciscus Mantica, de
coniecturis vltimarum voluntat. libr. 8.
titulo 9. num. 10. Alex. Angel. Parisius,
Socinus, Baldus, Ancharranus, Aluarus.
Valascus, Antonius Gometius, Acosta,
Couar. & Tiberius Decianus, quos pro
hac parte concessit Velazquez Auen-
dañus, gloss. 20. dict. l. 40. Taur. num. 16.
ipse tamen contrariam firmiter susti-
net, ut statim videbimus. Plures alios
huius opinonis authores commemora-
uit Menochius, lib. 4. præsumptione 95.
numero 21. Alexander Raudensis, qui
firmiter eam sustinet, in consilio 142.
ex numero 40. inter consilia vltimarum
voluntatum volum. 2. Petrus Antonius
de Petra, de fideicommissis, quæstione
11. num. 100. Octauianus Chacheranus,
in consil. 72. ex nume. 10. cum vsque
ad numerum 22. vbi eandem quoq; sen-
tentiam magis amplectitur. Antoninus
Thesaurus, decisione Pedemontana, 61.
numero 1. & 2. Caldas Pereira, de nomi-
natione emphiteutica, quæst. 17. nu. 24.
Michael Grasus, receptar. sentent. §. fi-
deicommissam, quæstione 11. numero 9.

Anguisola, Marzarius, Gaspar Fabia-
nus, & alij, quos pro eadem hac opinio-
ne retuli ego dicto lib. 2. cap. 20. num. 5.
vbi etiam commemoraui Pelaez à Mie-
res, de maioratu, 2. part. quæst. 9. nume-
ro 12. qui in terminis dictæ l. 40. Tauri,
secure probauit, quod in dispositioni-
bus, que proximioribus deferuntur, nō
habet locum decisio eiusdē. l. Taur. Bla-
zium quoq; Flores Diaz de Mena, idem
dicent, retuli ibidem. Et ultra tunc re-
latos, eandem inuenio opinionē tenuis-
se Menochium, in consil. 269. nu. 49. lib.
3. qui tamen alijs in locis, atq; ex profes-
so magis articulū attingendo, & speci-
ficè magis loquendo, contrariam senten-
tiā probauit, ut statim videbitur.

Præfati hi authores, rationes & funda-
menta expendunt quā plurima, pro hac
parte, verē tamen omnia ea ad tria, vel
quatuor fundamēta reduci debent prin-
cipaliter, ut dicto capite 20. numero 6.
Ego animaduertebam, atque hoc loco
ideo non refero illa, quod ibidem ex
proposito hanc quæstionem scripsi, im-
eo etiam, quod Ioannes Gutierrez, pra-
eticarum lib. 3. dicta quæstione 67. ex nu-
mero 1. vsque ad numerum 18. adduxe-
rit rationes præcipuas eiusdem opinio-
nis, atque eisdem respondit ex nu. 31. cū
pluribus seq. Ego quoque dict. cap. 20.
ex no. 22. cum seq. eisdem concludēter,
& vere satisfecit, sic ut præfata sententia
nullo firmo, aut vero fundamento, sub-
sistat. Sed ultra ea, quæ præcitato loco
dixi, monendum nunc lectorem insti-
tui, ex superioribus authoribus nega-
ri non posse, quim nonnulli minus bene
pro ea sententia, & parte expendantur;
posito namque quod in fideicommissis
ordinarijs, & attento iure communi,
siue in terminis. §. in fideicommisso, lege
cum ita. ff. de legatis secundo. Ei parti
accederint: in maioratibus tamen no-
stris, siue in primogenijs perpetuis, id
non ita statuunt, nec vere possunt pro
eadem sentia, sic simpliciter perpendi.
Et ut alios omittam, Antonius Gome-
tius (qui pro ipsa sententia superiori
semper adducitur) in lege 40. Tauri,

Quotidian. controuersiuris.

numero 41. non loquitur in maioratu, sed in fideicommisso familiæ relicto, vt constat ex his, quæ antea scripsit numer. 40. quæ dicto numero 41. prosequitur, & cōtinuat. Nec ponit casum in nostris terminis, sed in terminis iuris communis quæstionem disputādo, sequutus est opinionem Baldi contra Accursium, in dicto §. in fideicommisso. Et inquit, representationem non dari in successione, quæ provenit ex hominis dispositio- ne, quod etiam iure cōmuni attento verum non est, & Accursij sententia contraria verior, vt supra vidimus. Attento autem iure Regio partitarum, & dict. l. 40. Tauri, adeò falsum est, vt in terminis eius iuris, ab erudito aliâs viro dici non potuerit, nec dictum fuisse, credendum sit.

Didacus autem Couar. pract. c. 38. nu. 4. versic. 3. ad intellectum glossæ, loquitur etiam in fideicommisso familiæ relicto, in quo vocatur proximiores per testatorem: & tunc disputat intellectum Accursij, in dict. §. in fideicommisso. Idq; in terminis iuris communis. Postmodū autē multo, cum aggreditur tractatum representationis in maioratibus perpetuis, & agit de intellectu dict. l. 40. Taur. non modo id dicit, sed apertissime contrarium statuit, idq; tam in ratione decidi ad eandem l. tradita ex numero 6. & ibidem dictis, quā in eo quod representationem statuit in infinitum, tam inter descendentes, quām inter transuersales, vt sāpē dixi. Et secundum hæc minus bene præfatus author (q; ad maiorum perpetuos attinet) dicto in loco pro ea parte citatur, cum numeris & locis sequentibus prælectis, contrarium eum clare tenuisse, deducatur aperte. Alij etiam exteri authores in eisdem terminis, & iure communi attento, non in primogenijs Hispaniæ, nec attenta noua forma succedēdi in eis, in d. l. 40. Tauri statuta, loquuntur. Sic Antonius Thesaurus, decisione Pedemontana 65. numero 3. cum numeris precedentibus, resoluisset, in successione fideicommissi non esse locum representationi, quādo

proximior vocatur, sequutus eos, quos antea retulerat; tandem dict. nu. 3. id limitat, quando agitur de fideicommisso pa- trii carnalis, vel aui, quia tunc (inquit) filij fratri succendent, uti proximiōres, cum sit repræsentationi locus: sed in pri- mogenijs, & maioratibus perpetuis, cū absque dubio sit representationem abs- que vlla limitatione graduum admitti, post d. l. Tauri 40. vt supra probatū est; in eisdem satis clare agnoscit Antonius Thesaurus, nō superiorē opinionem traditam supra, sed potius contrariam veram esse. Et apertius agnouerunt Mar- cus Antonius Peregrinus, & alij, quos statim commemorabo. Eō magis, quod etiam in fideicommisso familiæ relicto, lo- cū esse representationi, et si proximior vocatus fuerit: tenuerunt permulti au- thores, quos statim opinione sequenti recensebo. Qui & ipsam sententiam ve- riorem esse profertur. Et in maiorati- bus nostris nullus equidem exterorum in casu proposito representationē dene- garet ob vocationem proximioris, si ip- sorum naturam, & decisionē præfatæ l. 40 Taur. agnouisset, prout lib. 2. d. c. 20. nu. 7. in fine annotaui, neque Humadam in eisdem nostris maioratibus tenuisse contrarium, demonstrauit.

Denique & vltimo loco (& vltra ea etiamq; d. c. 20. obseruaui) monendum quoq; lectorē duxi, Emanuelem Costā, in quæstione patrui, & nepotis, pag. 130. aliâs 2. part. nu. 27. quē pro superiori opi- nione, representationis negatiua, Ludo. Mol. li. 3. d. c. 8. nu. 11. præcitavit: minime posse pro ea opinione, aut parte adduci. Ibi nāq; Costa disputat, vtrū si in Reg- no Portugalie ad successionem maiora- tus filius maior vocatus sit, debeat præ- ferri nepos ex filio maiori patruo, qui est filius secundogenitus, aut ē cōtrario patruus nepoti sit præferēdus: quod cla- re constat in dict. 2. parte, in principio, vbi ex numero 1. vsque ad numerum 9. arguit pro nepote filio filij maioris, & dicto numero 9. in versiculo, sed his ar- gumentis. In fauore patrui, hoc est filij secundogeniti, & contra nepotem, filii filij

filij maioris, quæstionem resolut, & asserit representationi locum nō esse, & fundat vsque ad numerum 20. ex quo numero, vsque in finem dict. 2. partis, ex hac sua opinione infert, quod illa in maioribus Hispaniæ absurdum esset, & nonnullas conclusiones conficit, quarū quinta, quæ ad propositum præsens eti net, & nu. 26. in versiculo 5. infero. apponitur, est: *Quod in maioratu, cuius vocatio concepta fuit per ea verba, Aoprente mas chegado*, patrus præfertur filio fratri. Et loquitur in casu, quo prius vocatus, cum absque descenditibus decessisset: lis & quæstio erat inter fratrem ³⁰² fun datoris, & filium alterius fratri, ætate maiorem. Et dicto numero 27. intelligit glossam, dicti §. in fideicommisso. l. cum ita, delegatis secundo. Quando testator fideicommissum familiæ reliquit nomine collectivo, & nu. 28. satis aperte ostendit, siue expressim obseruat, qua præcipue, arque decisua ratione ad sic dicendum fundetur: vereq; illa est, videlicet quod respectu vltimi possessoris frater sit uno gradu proximior, quam filius alterius fratri, & quod filius ille iure representationis succedere non potest, quia existit ultra gradus, in quibus ius admittit representationem inter transuersales. Et allegat text. in auth. post fratres. C. de legitimis hæredibus. Et secundum hæc, & ea quæ prefatus author ibi dicit, certissimum est, disputatione ipsius versari in terminis legum Portugaliæ, in quibus (vt idemmet opinatur) representatione non admittitur. Aut in terminis iuris communis, quod inter transuersales nō admittit representationem post filios fratum. Cæterum in terminis primogenitorum nostrorum, aut maioratum perpetuorum ipsemet Costa resolut statim num. 29. & seq. inter quos cunque transuersales attenta decisione dict. l. 40. Tauri, representationem admitti, prout numeris precedentibus in eum sensum expendi. Et numero 32. eodem in loco inquit, hoc procedere, etiā si vltimus possessor, & institutor essent ex remotioribus transuersalibus. Rema-

net ergo, quod cum Emanuel Costa, inter transuersales id ita expressim statuerit, attenta dict. l. Tauri constitutione: cū etiam eius ratio in quæstione illa proposta, quæ iure communi attento vigebat, post eandem tamen legē Tauri cessat omnino: maioribus nostris locum nō habeat, nec in eis decisio dict. authent. post fratres, possit adduci. Ut numeris precedentibus dilucide ostendi: quod eius resolutio, aut authoritas pro sententia præfata negativa, de qua supra ex num. 300. allegari, aut perpendi non possit.

Succedit ergo secunda opinio affirmativa, & verior quidem, atque omnino tenenda, videlicet quod representatione non excludatur, nec exclusa censi debeat ex eo, quod maioratus institutor vocauerit proximorem, aut proximiores (*vulgo al pariente mas propinquus, o mas cercano*) quam sententiam non modo in primogenijs, & maioribus Hispaniæ probarunt Hispani, nunc prætandi, sed etiam in fideicommissis tenuerunt firmiter, atque vallidissime comprobarunt sequentes authores, Baldus, Alexand. Iason, Corneus, Decius, Ruinus, Crueta, Portius sibi contrarius, Cephalus, Decianus, Hippolytus Riminaldus, Petrus Antonius de Petra, Marcus Antonius Peregrinus, Jacobus Menochius, Angelus Matthæatus, Ludouicus Molina, Velazques Auendasius, Ioannes Gutierrez, Doctor Espino, additionator decisionum Gamæ. Et Hieronymus de Zaualllos, quos ego recensui, & pro hac parte commemo ravi, quotidianarum harum controveriarum iuris, libro segundo dicto capite 20. numero septimo per totum. Et ultra relatos ibi eandem sententiam amplectuntur Gratus, in consilio 27. numero sexto, libro primo. Jacobus Mandellus de Alba, in consil. 51. numero quinto. Et alij quos retulit Jacobus Menochius, in consilio 357. numero 27. libro 4. ubi sequitur, & copiæ comprobant. Et libro quarto præsumptione 95. numero 21. pater Ludouicus Molina, tomo 3. de

iustitia & iure, disputatione 329. numero 3 fol. 440. Et vere pro hac parte cōcludunt rationes plures à me consideratæ, & adductæ dict. cap. 20. ex numer. 8. cum pluribus seq. vbi videri poterunt. Rationes etiā quas in proposito ex mēte aliorum cōgessit Ioannes Gutierrez, practicarum libr. 3. dicta quæstio. 67. ex numero 18. cum pluribus seq. quarū nō nullas adduxit Petra, dicta quæstione 11. ex numero 102. & Menochius, dicto nu. 27. Et quod attinet ad maioratus nostros, rationem concludentem tradidit Molina, de Hispanor. primogen. libro 3. cap. 8. numero 11. & Rursus in additionibus positis post librum 4. ad finem libri, numero 12. in fin. Vbi dicit, nullo iure probari, quod constituenda sit differentia inter vocationē proximioris factam à lege, vel ab homine. Sane cum à lege proximior ad successionem vocatur, repræsentatio admittitur, & proximior illa dicitur, qui mediāte beneficio representationis, locum & gradum primogeniti p̄ defuncti occupat, & ingreditur, quamvis alter proximior sit, ut in l. 2. tit. 15. part. 2. probatur, ibi: *Deue heredar el Reyno el mas propinquopariente.* Vbi (vt vides) lex vocat ad successionē proximiorem, & nihilominus repræsentatio admittitur, & idcirco idē quoq; statui debet in hominis dispositione, ex vulgaris iuris regulis, & tritis doctorū allegationibus. Eò præcipuē, quod is qui per representationem succedit, in linea ceteros præcedit, & quia ex linea primogeniti descendit, proximioris vocatione verificatur in eo, & ceteros omnes excludit, iuxta ea, quæ plena manu, supra hoc eodē capite adnotata fuere. Et textū singularē in proposito, in c. r. de natura successionis feudi, ibi: *Et hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere, isti vero proximiores esse dicuntur respectu aliarū linearum.* Iuxta ea etiam, quæ Alexand. Rauden. de analogiis lib. 1. c. 15. nu. 267. singulariter, & notabiliter annotauit, qui ex hac majoritate, & præcedētia lineæ cōcludit, locū esse representationi, vbi vocatur ad successionem maior: & red-

dit rationem, nam licet vox illa maior, exprimæua significatione denotet primo natū, per Hispanos translata est ad procreatum ex linea primogenita, idq; ad imitationē sobolis Regiæ. in qua præfertur in successione Regni ille, qui est ex linea primogenita. Addiderim ego id etiam Hispanos introduxisse, ex decisione dictæ l. 40. Tauri, ex qua linearū distinctio illa, continuatio, & præcedentia introducitur, vt quovsque de linea primogeniti aliquis superst, ad lineam alterius successio transire non valeat, prout s̄apē dictum fuit supra hoc eodē cap. & latius explanatum.

Ex quibus equidem, & cōsideratione illa, tradita à me dict. c. 20. nu. 28. ad fin. in versic. præterea. Quæ valde adstringit, & concludens equidē est, nec ei vallet congruum aliquid responsum assignari: superior sententia amplectēda erit omnino (vt dixi) & Pelæz à Mieres, ad dictā l. 40. Tauri. traditio quædā, seu minus iuridica restrictio, de qua supra, destruitur euidēter. Rectius proculdubio pater Ludouicus Molina, tom. 3. de iustitia, & iure, dicta disputatione 629. intellexit, dum dixit, quod clausula illa solita apponi in maioratum institutione, videlicet, quod semper succedat proximior cognatus, nihil derogat dispositiōni dictæ l. 40. Tauri. Rectius etiam, atq; erudite admodū intellexit Marcus Antonius Peregrinus, de fideicommissis, art. 21. nu. 9. & 10. & 11. qui vbi vocatur ad successionem proximior, locū esse representationi, ex eo fundavit, quod vocatione illa, aut substitutio proximioris, intelligi beat, atq; vere intelligatur de proximitate respectu ordinis succedendi, non respectu propinquitatis parentelx, vel sanguinis. Et citat Socinū, Corneum, Hierony. Gabilem, & alios authores, sic tenentes. Subdit etiam nu. 17. quod nepos respectu successionis est eiusdē gradus, & in eodē gradu cum patruo suo, vel consanguineo alio, prout eius author, & quod præfata clausula ad iuris intellectum, & mentem est referenda, ex qua is, qui representat alium, proximior

ximior iudicatur representationis virtute, & effectu. Item secundum subiectam materiam successionis maioratus accipi debet, de qua testator loquitur, ut latius probauit Ioannes Gutierrez, lib.

3. dicta questione 67. ex nume. 19. usque ad num. 33. Ego quoque dicto capit. 20.

ex numero 14. cum sequentibus, sic ob-

seruui. Atque ex nume. 30. cum seq. usque in finem capituli, dilucide explicauit,

305 atque enucleauit textum, in l. si libertus

præterito. q. 1. ff. de bonis libertorum.

Quo præcipue excitari, atq; adduci so-

lent authores hi, qui ex vocatione proxi-

mioris, representationem excludi asse-

uerarunt. Ut ibi videri potcrit. Atque ex

ibidem distis, maximè nu. 8. & 9. cū seq.

& nu. 13. & nu. 25. & concludentes alias

rationes ultra superiores pro hac eadē

parte deducere unusquisque.

307 Sed & ultra ego considero, quod si

poneremus, maioratus institutorē pro-

ximiores ad successionē eius inuitasse,

& vocasse, dicendo, quod post tales, aut

tales nominatos succederet proximior,

Vulgo el mas propinquus, o mas cercano parie-

te, & adiiceret secundum ordinem, vel

dispositionem iuris: tunc proculdubio

res esset clara, ex quo videretur eis ver-

bis se conformare voluisse cum dispo-

sitione, & decisione dictæ l. 40. Tauri,

ex qua in terminis tam inter descenden-

tes, quam inter transuersales representa-

tatio admittitur in distincte, si maiora-

tus institutor sua dispositione aliud non

statuerit. Sane ex eo quod ipse dixe-

rit, secundum ordinem, vel disposicio-

nem iuris, dici non potest, quod repræ-

sentationem excludere voluerit, ex quo

expressa sua dispositione repræsentatio-

nem non exclusit, quod erat necessa-

rium ex eiusdem l. constitutione in ter-

tia, & postrema sui parte. Imò aperte

admississe representationem eundem

maioratus institutorem dicendum est,

ex quo dispositione, & iure dictæ legis

Tauri 40. eo ordine, atque modo suc-

cessio defertur, ut tam inter descenden-

tes, quam inter transuersales, filius aut

descendens ex eo, qui si viueret, suc-

cessurus esset, ad successionem admit-

tatur, & reliquos etiam proximiores

excludat. Ad quam dispositionem, &

ordinem se videtur institutor retulisse,

ac cum ea se conformare voluisse, iux-

ta vulgatas iuris regulas, & communes

interpretum traditiones.

Nec huic resolutioni obstabit ullo

modo eorum authorū obseruatio, qui

eainsentētia fuerūt, vt existimatēt, clau-

sulam ordinē successiuo operari debe-

re, ut filius non intret locum patris, sed

admittatur proximior in gradu, & con-

sequenter, quod repræsentatio excluda-

tur: prout tenuerunt Decius, Parisius,

Marzarius, & Portius, quos in id retulit

Petrus Antonius de Petra, de fideicom-

missis, quest. II. nu. 121. Tiberius Decia-

nus, in consil. I. nu. 374. lib. I. Qui dicunt,

quod si testator ad fideicommissum plu-

res nomine collectiuo vocauit, & adie-

cit clausulam illam, ordine successiuo,

tunc patruū nepoti præferēdū esse, nec

nepotem intrare in locum patris. Nō in-

quam obstat eorum traditio, nam præ-

ter quam quod hi authores loquuntur in

terminis iuris communis, ac in fideicō-

missis, ad quę plures nomine collectiuo

vocantur, nec dispositionē d.l. 40. Tauri.

agnoverūt, ex qua (vt dixi) diuersum ius

resolutat. & ipsum met constituisse, si

legem eandem vidissent, ut pote cum in

fauore repræsentationis, tam inter des-

cententes, quam inter transuersales, sic

præcise lex ipsa lata fuerit, vt qui ad iu-

ris ordinem, & dispositionem in his

Regnis se retulit, plane videatur repræ-

sentationem cōcessisse indistincte, nisi

contrarium expresse disposuerit. Præ-

ter hoc in quam, quod dicta l. 40. Tauri

attenta concludit, in terminis etiam iu-

ris communis, quod imò predicta clau-

sula ordinē successiuo, operetur, ut

nepos intret in locū patris; rectius pro-

culdubio defendit Petrus Paulus Par-

sius, in consil. 38. nu. 20. in fin. & numeris

seq. volu. 2. Cuius sententia ex eo mihi

arridet magis, quod licet verum sit, pro-

ximiores vocari ad successionem veteri

lege, nec ea attenta nepotes concurre-

te cum patruis:repræsentationis tamēn priuilegio & beneficio introducto, esse cūm est, vt remotior in proximiori gradu constituatur, ac in eo videatur esse, in quo pater eius erat, & sic ad successione admittatur, ac si pater eius viueret admittendus esset. Plane cum inducto repræsentationis priuilegio , ita de iure sit, vt nepos cum patruo concurrat, tām inter descendentes, quām inter trāsuer sales, vsque ad filios frattum, certum e quidem & planum redditur, etiam iure communi attento, ex vi eorum verborum, quæ ad ordinem & dispositionem iuris referuntur, repræsentationem debere admitti: quæ est singularis & noua consideratio in hac materia, nec ab ullo scriptorum omnium huius Regni tacta, atque ex ea, non modo attenta decisione dictæ legis 40. Tauri, sed etiā dispositione iuris communis attenta, procedit ampliatio superior. Et confirmatur ex resolutione Francisci Manticæ, de coniecturis vltimarum voluntatum, libro 8. titulo 9. numero 9. in fine . Qui quanuis negauerit, repræsentationi locum esse, quando adiicitur clausula salua gradus prærogatiua (vt infra dicitur) statim tamen dicit, id intelligendum esse, nisi testator dixerit, salua gradus prærogatiua, & seruato ordine successionis ab intestato, vel à iure tradito: tūc namque repræsentationi locum esse affirmat, & ante ipsum sic adnotarunt Decius, & Couarr. ibi relati pereum, & sequutu fuere alijs relati per Ioannem Gutierrez, practicarum libro tertio, quæst. 67. num. 51. vt statim dicetur. Nec id alia ratione contingit, quam quod ad iuris communis ordinem testator se retulerit, quo attento certum est, repræsentationi locum esse, vt filij intrēt in locum patris defuncti.

313 Procedit etiam eadem opinio, ex dicto numero 302. approbata, etiam si institutor maioratus ad successionem eius non simpliciter proximiores (vt dictum fuit) inuitauerit, sed etiam si suos proximiores vocauerit, vt si dixerit: suscda el pariente mio mas cercano, o el mas

propinquopariēte de mi el testador: Nam adhuc non videtur, nec censeri debet repræsentatio exclusa, imò fortior ratio militat, vt repræsentatio admittidebeat, quām cum simpliciter proximiores vocantur, vt tenet & fundat Auendañus, & pro hac sententia citat Baldum, Ale xandrum, Socinum, Ruynum, Tiraquellum, Alciatum, Anguisolam, Ferretum, Iasonem, Maticam, Curtium seniorem, Portium, Torniellum, & Cardinalem Albanum, tenet etiam Ioannes Gutierrez practicarum libro tertio, quæstione 67. nu. 28. Idquæ verissimum quidem est ex decisione dictæ l. 40. Tauri, & his rationibus, quas libro secundo, dicto capite vigesimo, ex numero octauo cum sequentibus. Et supra hoc eodem capite, numero 303. ego adduxi, quæ sic conclu denter militant, cum adiicitur pronomen istud meum, sicut quando simpliciter proximiores vocantur: semper namque verum est, verba ea secundum iuris intellectum accipienda, & de proximitate respectu ordinis succedendi, non respectu propinquitatis parentelæ, vel sanguinis intelligenda, vt supra dicebā, & post Baldum in alio loco, non in locis citatis per Auendañum, tenuit idem Alexander quoquæ, in consilio octuage simo octauo, numero secundo, libro primo, Iason in consilio 215. columna quinta, libro secundo, in versiculo, Istam partem, tenet etiam Baldus, & in consilio 159. nu. 2. lib. 3. Roland. in cons. 68. nu. 31. lib. 1. Tiber. Decian. in cons. 9. nu. 44. & nu 62. lib. 2. Jacob. Meno. in cons. 357. nu. 27. lib. 4. Cou. pract. c. 38. nu. 11. qui ponit casum, quando institutor maioratus vocavit proximorem ex suis descēdenti bus & agnatis, & loquitur in hac eadem repræsentationis materia, qua versamur & sic velut expressè profitetur, non excludi repræsentationē, ex pronomine illo, meū, aut suū, iuncto vocationi proximoris cōsanguinei. Et in simili casu, q̄ huiusmodi verbū. El pariēte miomas cerca no. potius referendū sit ad consanguinitatem, quām ad proximitatem, conclu dit Gāma, decisione Lusitaniæ. 7. nu. 6. Et

& latius prosequitur eius additionator ibidem. Non ergo credendum est, adiecta ea verba fuisse per maioratus institutorem, ut representationem excluderet, vel iuris succedendi ordinem, in dictis legibus statutum, preuerteret, sed potius, ut disposeret secundum ius, & quasi diceret, succedat vnum consanguineus meus, debet enim consanguineus esse, vt in maioratu succedere possit. Ut per textum, in capite primo. §. finali, de successione fratribus. Obseruauit Mo 315 lina, de Hispaniarum primog. lib. 3. cap. 2. numero 19. in reliquis vero, siue in modo definiendi, quis ex consanguineis preferendus sit, ad iuris dispositionem, & ordinem se retulisse. Ut etiam profitetur Decianus, in consilio 100. volum. 3. & ita tenendum est, nec representatione denegari debet ex adiectione distinctionis meum, aut tuum, quicquid Ludoui. Ca 316 sanate, in conf. 59. nu. 16. dixerit.

314 Denique, eadem resolutio, & sententia procedit, et si maioratus institutor vocauerit proximiores in gradu, adhuc enim ex ea vocatione non excludetur, sed potius admitti debebit representatio, quoniam linea primogenitorum cæteras semper lineas præcedere debet, & in primis linea postmodum gradus consideratur, ac de vna linea non fit transitus ad aliā lineā, dum aliquis superst ex illa, nec proximior in gradu dicitur, nisi qui proximior sit consideratis lineis, prout considerari debere, sæpè diximus. Ita sane resoluit Auendañus, & in proposito casu representatione admittit, glossa 20. dictæ l. 40. Tauri, numero 29. & citat pro hac resolutione Ludouicum Molinam, de Hispanorum primogenijs, libro tertio capite 8. numero 17. qui quamuis loquatur eo loco, quando adiicitur clausula illa salua gradus prærogatiua, atque in eis terminis rationem superiorem adductam per Auendañum, adduxerit, ex quo tam eadem sic æqualiter militat, & in effectu idem est, proximiores in gradu ad successionem vocare, vel proximiores salua gradus prærogatiua invitare:

recte potuit Molina per Auendañum ad id commemorari, & cirari, sed & ipsum Auendañum, in ipsis terminis, in quibus idem loquitur, quando in qua proximiores in gradu vocantur, sequutus est, & eo casu representationi locū esse probauit Ioannes Gutierrez, practicarum libro tertio, quæstione 67. numero 28. & 53. Et hactenus de prima quæstione, & dubio ad dictam l. 40. Tauri, in postrema sui parte attinenti.

315 Nunc vero de alia quæstione, quæ ad eandem postremam partem attinet similiter, agendum est, vtrum in quam representatione excludatur ex eo, quod maioratus institutor præceperit, quod in eo succedatur salua gradus prærogatiua. Quo in dubio sic extant diuersæ, atque contrarie sententiæ, sicut in præcedenti, quando proximiores vocantur. In primis namque quod representatione excludatur propter clausulā illam, salua gradus prærogatiua: deduci videtur ex auth. defunct. C. ad Trebel. vbi disponitur, quod quando in aliqua hæreditate succedendum est salua gradus prærogatiua, in ea successione representatione admittitur. Per quem textum sic adnotarunt, atq; id verum esse profitetur. Paulus Castræsis, & Raphael Fulgosius, & communiter scribentes ibi. Curtius Junior, Decius, Paris. Didac. Coua. Gozadi. Crauet. Marzar. Peral. & Alua. Valscus, quos pro parte hac negatiua retulit Molina, de Hispan. primog. lib. 3. c. 8. nu. 16. & in eadē sententia fuerunt, & alij iuris interpretes, commemorati per Antoniū Gabrielem, cōmun. concl. lib. 4. tit. de fideicōmissis, conclu. 3. nu. 3. per Menoch. qui ipse eos sequitur, in conf. 124. nu. 85. & in confil. 200. nu. 39. & 40. lib. 2. & in cōf. 215. nu. 138. & in conf. 269. nu. 51 lib. 3. & in confil. 357. nu. 31. lib. 4. & præsump. 95. nu. 20. li. 4. vbi diuersis modis hanc sententiā declarat, regulariter tamen huic opinioni accedit. Quā etiā tenet authores alij relati per Frāc. Burs. in cōf. 71. nu. 5. lib. 1. Nonius latē, in conf. 34. ex num. 4. cum pluribus seq. Alexan. Raudēsis, in confil. 2. super successionem

Quotidian. controvērs. iuris.

Regni Portugaliæ, nume. 51. & seq. contra alios contradicentes, quos ipse reprobat. Alias in cōsilio 142. ex numero 51. cum seq. inter cōsilia vltimarum voluntatum, volumine 2. Ferretus, in cōsilio 272. num. 4. & sub nume. 9. libro 2. sequuntur etiam Octavianus Chachera nus, in cōsilio 72. numero 14. Franciscus Mantica, de coniecturis vltimarum voluntatum, libro 8. tit. 9. numero 9. qui limitat, nisi testator dixerit, salua gradus prærogatiua, & seruato ordine succedē di ab intestate, vel à iure tradito, quo casu post Decium, & Couar. repræsentationem admittit. Probauit etiam sententiam superiorē indistincte, Michael Grasus, receptarum sententiarum, §. fideicommissum, quæstione 11. numero 8. Hippolyt. Riminaldus, in consil. 75. nu. 29. & pluribus sequent. volumine 1. Tiberius Decianus, in consil. 44. num. 66. lib. 3. Pancirolus, in cōsilio 170. nume. 16. vbi dicit, quod stante hac clausula, nunquam datur gradus repræsentatio. Etidem esse, si dictum fuerit, gradibus seruatis, vel gradibus in suo ordine seruandis. Ut refert Marcus Antonius Pereginus, de fideicommissis, articulo 21. numero 3. Humada, in l. 2. tit. 15. part. 2. glossa 17. numero 13. qui decipitur proculdubio, dum dicit, quod fatetur Molina hanc esse veram opinionem, & procedere in fideicommissis familiæ relictis: id enim Molina de plano non fatetur, sed inquit, quod quamvis communis hæc opinio, in fideicommissis familiæ relictis, siue in alijs successionibus, que non iure maioratus deferūtur, admittenda sit, in primogenitorum tamen successione admittenda non videtur. Et sic non dicit de plano admittendam opinionem eam, sed quod in fideicommissis licet admittenda esset, non tamen in primogenijs. Fatetur tamen de plano communem sententiam esse, in quo sensu rete eum expendit, atque citat Ioannes Gutierrez, practicarū libr. 3. dicta quæstione 67. num. 5.

317 Verum enim verò, in fideicommissis etiam, & iure communi attento, quod

repræsentatio non excludatur, nec exclusa cēseatur ex eo, quod testator præ ceperit, vt salua gradus prærogatiua, vel gradibus seruatis, siue gradibus in suo ordine seruandis, succedatur: alij quam plures interprætes firmiter, atque è contrario tenuerunt, vt aduertit Petrus Antonius de Petra, de fideicommissis, quæst. 11. nume. 127. & hanc partē sequitur nu. 128. & 129. aduertit etiam, & eos cōmemorat Iacobus Menochius, in cōsil. 269. nu. 51. lib. 3. Simon de Petris, qui hanc quoque sententiam veriorē putat, & sequitur eam, de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 3. interpretatione 3. dubitatione 4. solutio ne vltima, nu. 23. fol. 227. & nu. 31. fo. 229. & in cōsilio 37. num. 26. & 27. & 28. vbi refert alios. Et eandem opinionem aduersas cōmunem constanter defendunt Socinus Iunior, in cōsilio 126. numero 12. & 13. lib. 1. & Portius, in cōsilio 54. num. 14. quos duos retulit Molina, lib. 3. dicto cap. 8. num. 17. in principio. Ioannes Cephalus, in cōsilio 489. num. 80. lib. 4. erudit Marcus Antonius Peregri nus, de fideicommissis, dicto arti. 21. nu. 20. quo loco, superioris sententia contrariæ fundamento præcipuo respōdet, videlicet, quod clausula prædicta gradus reseruatiua, refertur ad intellectum iuris, ideo non excludit gradus repræsentationē, ex quo gradus ipse eam prærogatiua habet, & ideo inter patruū, & nepotem ius repræsentationis nō immutat, quia nepos quoad effectum successionis est eiusdem gradus. Et subdit in hunc modum. Sic præcise, quod ea clausula ad mentem iuris referatur, nec per eam nepos repellatur, consuluit Paul. Castren. dict. cōsil. 454. ad finem, in 2. Socinus Iunior, d. cōsil. 126. num. 13. & 14. & Portius Imolen sis, cōsil. 55. num. 64. 65. & 105. Quod si in fideicommissis relictis pluribus nomine collectivo, ac etiam pluribus, nō vni duntaxat, sicut in primogenijs, & cum exclusione aliorum deferendis: ita sta tuerunt authores supradicti, & quamvis difficultatem, & contrarietatem contineat articulus (vt vidimus) negari non possit,

possit, quin ratio illa Castrensis, qua post ipsum, & alios vtebatur nunc Peregrinus, videatur concludere: quanto magis id dicendum erit in Hispanorum primogenijs, atq; maioratibus, qui vni dūtaxat deferuntur sui natura, atque eius conditionis sunt, vt in eis linea primogenitorum, cæteras lineas præcedere debent, et si descendentes ex illa in remotiori gradu constituti sint, vt pluries diximus. Et sic linea potius, quam gradus inspici debet, nec prærogatiua gradus infringere potest linea prærogatiua. Eo præcipue, quod verba illa, salua gradus prærogatiua, si ad mentem iuris referatur, & maximè ad dictæ l. Tauri 40. mentem, & decisionem ita clarā, prout referanda dixerunt Castrensis, & sequaces nunc relati: sic intelligi sano modo debent, vt prærogatiua gradus seruetur inter eos, qui in eadem linea constituti sunt, non autem inter eos, qui in potiori linea inueniuntur, hi namque debet cæteros ex alia linea procedentes præcedere, & si ab eis in gradus proximitate præcedantur. Et ita in terminis nostris obseruabit Molina, libro 3. dicto cap. 8. numero 17. qui tandem concludit, quod ex verbis prædictis salua gradus prærogatiua, quæ nimis generalia sunt, possuntque diversi mode intelligi, atq; præcise representationem non excludunt, à dispositione dictæ l. 40. Tauri, recidi posse, non videtur, tametsi (ipse inquit Molina) propter huius articuli difficultatem, id non præcise verum esse profiteamur. Et Molinæ sententiam, atque resolutionem sequuti fuere Humada, in l. 2. titulo 15. part. 2. gloss. 17. num. 15. Velasquez Auendañus, glossa 20. dictæ l. 40. Tauri, num. 29. Ioannes Gutierrez, practicarū lib. 3. dicta quæstione 67. qui latius pro sequitur, atque confirmat ex num. 43. usque ad numerum 55. vbi vide ri poterit. Sed omnes eius considerationes, atque fundamenta ex mente Molinæ deducuntur, vel ad rationem superiorē Molinæ eiusdem reducuntur, siue ex alijs generalibus doctrinis ab eodem traditis, eliciuntur.

Ego verò nō modo sentiā hāc in Hispanorum primogenijs, atque maioratibus, & vinculis perpetuis verissimā, & omnino tenendā arbitrör, atque eam admitto, sed etiam absque dubio, & formidine, & non timidus sicut Molina, eā præcise veram, & verissimā reputo, nec post decisionem dictæ l. 40. Tauri, aliud dici posse, affero, quamvis in fidei-commissis articulus sit disputabilis, vt supra vidimus. Considero namque, regulę generali dictæ l. 40. Tauri, firmiter inhérendum (vt sēpē diximus) quotiescunque sua dispositione expressim, aut tacite, ita tamen, quod in dubium reuocari non possit, repræsentationem institutor maioratus non excluderit, quare cum in articulo præsenti, ex adiectione verborum illorum salua gradus prærogatiua, expressim exclusa non sit repræsentatio, nec etiam tacite, ita quod in dubium reuocari non possit: sane maximū dubium est; nec certe potest cuiquā de voluntate institutoris constare, quod necesse est post illam l. vt repræsentatio non admittatur, vt supra quoque diximus. Cum etiam, licet simpliciter gradus prærogatiua non seruetur, per repræsentationem tamen, atque eiusdem l. Tauri constitutionem, nouumque succedendi ordinem nouiter statutum, sic seruari videatur, vt descendens quicunque, ac etiam transuersalis repræsentando personā patris sui, ad successionem admittatur, ac si in eo gradu esset, qui non corrumpi, nec alterari, sed repræsentari dicitur (vt etiam pluries repetitum est) & sic eos excludere debeat, qui alias linearum distinctione illa, & primogenitura non considerata, in proximiōri gradu essent, vt repræsentationē excluderent; credendum equidem est in dubio, cum eiusdem l. decisione se conformare institutorem voluisse, & gradus prærogatiua seruari præcipientē, eo modo seruandam videri præcipere, quo in his Regnis in successione primogenitorum, atque legis illius dispositione seruari solet, nec eo solo verbo, repræsentationis effectum, eadem l. in-

introductionem, & communem ordinem successus euertere intendisse, nisi simul adsint aliæ circunstantiæ & conieeturæ cum prefatis verbis, quæ simul persuadeant efficaciter, contrariam fuisse mentem maioratus institutoris. Quod singulariter dixit, atque etiam abique dubio, & formidine sententiam Molinæ amplectitur pater Ludouicus Molina, tom. 3. de iustitia & iure, disput. 629. numer. 4. in fin. fol. 442. & 443. qui & ea ratione vtitur, quod in his Regnis in linea primogenitorum præfertur quicumq; alteri lineæ, etiæ si propter mortem antecedentium primogenitorum, is qui superstes ex illis manet, longis distet gradu ab ultimo possessore, quam alij ex reliquis lineis (vt supra quoque ego defendi) quare is seruata graduum eius linea prærogatiua, quæ cæteris lineis præfertur, succedit ultimo possessori, esto habita ratione solius gradus, & non linea, alias sit proximior in gradu ultimo possessori. Si ergo ita est, & ut certum tradidit pluries Molina, vt supra vidimus, nulla ratio est, nec esse potuit (vt ego arbitror) ex qua sententia superior, quam defendimus, vera non videatur Molinæ: nam vel traditio illa, atq; linearum & primogenituræ constitutio, de qua ipse nunquam dubitauit, vera non est, nec certa; aut si vera est, vt idem Molina assuerauit, & verissimam ego credo, & hæc quoque vera esse debet. Et consequenter in casu proposito representationi locus esse debebit, & firmiter erit inhærendum regulæ generali dictæ 1.40. Tauri, in prima & secunda sui parte, nisi cū clausula illa, salua gradus prærogatiua, vel gradibus seruatis, aut servandis, alia simul concurrant, quæ representationem excludere debeant, vt supra pungebam.

Erit deinde & tertio loco de alia questione agendum, quæ ad eandem & postremam prefatæ 1.40. Tauri partē pertinet: vtrum inquam representatio excludatur, atque excludi debeat, vel non ex vocatione filij primogeniti, aut filij maioris. Et in primis quoad vocationem

filij maioris, sive cum cauetur, quod filius maior natu succedat, & filius secundogenitus, nepote ex filio primogenito, nepote ex filio primogenito reliquo, maior est: dubium videtur facere, quod maioratus institutor, qui dixit, quod succedat filius maior natu, cæsetur solum prærogatiua ætatis considerasse, ita vt is solus, qui verè ætate maior sit, censeatur vecatus. Qualitas autem maioris ætatis non est transmissibilis de patre in filium, cum inhæreat personæ 1.3. §. si quis minori in fin. ff. de minoribus, priuilegium etiam concessum propter qualitatem cohærentem personæ, non trāsmittitur, & verba præfata, quod filius maior natu succedat, secundum veram, & naturalem, & non fictam significationem sunt accipienda. Per textum in l. ultima. C. de his qui veniam ætatis impetrav. prout hæc omnia adducit pro ea parte, atque ipsa interpretum allegatione, & authoritate confirmat Velasquez Auendañus, in l. 40. Tauri, glossa 17. ex num. 17. vsque ad num. 22. ubi dicit, inde quam plures, maximique nominis viros assuerasse, quod qualitas hæc maioris ætatis consideranda est in persona succedere volentis, tempore quo successio defertur, & dispositio ad esse etum perducitur, quasi sentiat ipsi, mortuo filio maiore, nepote ab eo relictū, cui qualitas maioris ætatis, tempore euenientis successionis verè non inest, sub ea vocatione filij maioris non comprehendendi, sed à secundogenito excludi. Et ita in terminis iuris communis, quod in primogenijs, & fideicommisis, representatione excludatur ex vocatione filij maioris: tenuerunt Alexander, Ancharianus, Decius, Alciatus, Socinus, Romanus, Beroius, & alij, quos Tiraquelus retulit, de primogenitura, quæst. 40. num. 159. & 160. Idque in terminis etiæ maioratus Hispanæ loquens, resolutus Emmanuel Costa, in quæstione patri, & nepotis, pagina 12. ad finem. Quem, & alios huius opinionis sequaces retulerunt, sed sequuti non sunt, Ludouicus Molina, de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 8. num.

18. & Auendañus, dicta glossa 17. nu. 17. & 22. vbi fatetur, superiores rationes fortissimas esse pro patruo contra nepotem, nisi dicta l. Taur. 40. prodita fuisse, quæ nepotem repræsentare personam parentis sui statueret, ex qua persona non repræsentatione, quæ cum omnibus qualitatibus ipsi cohærētibus repræsentatur, maioræ etiam qualitas, atq; prærogativa transmittitur, & per nepotem 322 repræsentatur. Hanc etiam eandem opinionem repræsentationis negatiuam, & alij authores probarunt, quos retulit Alexander Raudensis, de annalogis, lib. 1. cap. 15. num. 267. fo. 91. & vide numero 270. & duobus sequentibus, vbi plures alios refert. Aliorum etiam traditionē siue distinctionē adducit, an scilicet maioris ætatis qualitas sit adiecta verbo executiuo, vt tunc nepos patrem nō repræsentet, nisi ex alijs verbis sumeretur argumentum ad fatorē nepotis? An vero qualitas eadē maioris ætatis sit adiecta verbo dispositiuo, & tunc nepos admittitur? Sed iterum statim Raudensis metipse aliter distinguit, eodem cap. 15. numero 176. & 177. & confusse equidē, atque intricate loquitur, q̄namuis semper in Hispanorum primogenijs, atq; in Hispania fateatur, quod hæc vox maior in famosiori sui significatu significat, atque considerat majoritatem respectu li- neæ, vt videre licet ibidem, numer. 268.

323 & supra diximus. Denique pro eadem opinione predicta fortiter vrgent ratio- nes, atque fundamenta Antonij Galeatij Maluassia (quæ nullus hactenus ad propositum retulit) in consilio 22. ex nu. 31. usque ad numerum 70. lib. 1. quī ea, quæ Auendañus consideravit, & alia plura quoque considerat, & erudite admodū loquitur, consultus de facto in concessione quadam seudi, facta vassallo cui- dam, & eius descendantibus, vt maior natu pro tempore existens, in feudo ad- mittatur mortuo vassallo.

324 His tamen nequaquam refragātibus, in Hispanorum primogenijs, atque in maioratibus perpetuis cuiusque nationis (si eiusdem naturæ sint, & vni dunta-

xat deferendi) ex verbis præfatis, quibus cauetur, quod filius maior natu succe- dat, repræsentationem non excludi, nec ab institutore exclusam censerit, firmi- ter assuerandum est, prout Ludouicus Molina, de Hispan. primog. libr. 3. dicto cap. 8. numer. 19. assuerauit. Et ante ip- sum sic expressim tenuit Didacus Couar. practicarum dicto cap. 38. numero 11. sequuntur Humada, in l. 2. tit. 15. part. 2. glossa 17. numero 16. Matiençus, in l. 5. titulo 7. glossa 6. per totam lib. 5. nouę collectionis Regiæ. Velasquez Auendañus, dicta glossa 17. l. 40. Tauri, ex num. 23. cum seq. pater Ludouicus Molina, tomo 3. de iustitia, & iure, disputatione 629. numero 5. fol. 443. Et ij quidem au- thores, diuersis, nonnullisque adducun- tur fundamentis præcipue, ea tamē for- tius adstringunt, ac in proposito conclu- dunt. In primis, quod inter verbum hoc filius maior, & filius primogenitus, nul- la potest differētiæ ratio assignari, imò vere utrumque verbum idem significat. Quod dixerunt Baldus, in l. cum anti- quicribus. C. de iure deliberandi, nume- 11. versicul. & primo præmitto. Vbi in- quirit, quod filius primogenitus, idē est quod filius maior, vel primo natus. Ab- bas, Castrensis, Socinus, Barbatia, Paris- sius, Palaci. Raui. Ioannes Licerier, Ti- raquelus, & Couar. quos Molina, dicto numero 19. præcitauit, aliosque retulit Auendañus, dicta glossa 17. numero 23. Vnde sicut repræsentatio non excludi- tur in successione maioratus, ad quem primogeniti vocantur, sed primogeni- tura transmittitur, & repræsentatur, ita quoque excludi non debet, nec censem- tur exclusa ab eo maioratu, ad quem fi- lius maior natu, aut filij maiores vocan- tur, sed qualitas ea maioris ætatis, sic re- presentari debet, ac transmitti, vt secun- dogenitus excludatur, sicut in casu præ- dicto, quando primogenitus, aut primo geniti vocantur. Prout in eis terminis cocludunt, ac ex vocatione primogeni- ti, aut primogenitorum non excludi re- præsentationem assuerunt Molina, libro 3. dicto cap. 8. nu. 18. & 19. Couarr. dicto capite

capite 38. practicarum, nu. II. Petrus de Peralta, in l. cum ita. §. in fideicōmissio, nu. 15. delegatis secundo. Pater Ludouicus Molina, tom. 3. de iustitia, & iure, disputatione 629. num. 5. in fin. versic. concinit. fol. 444. Matiençus, in dicta l. 5. tit. 7. glo. 6 lib. 5. nouæ collectionis Regiæ. Humada, in dict. l. 2. tit. 15. part. 2. glossa 17. num. 16. & cum Socino, Iasone, Gozadino, Decio, Ancharrano, Afflictis, Romano, Parisio, Socino Iunio. Grato, Portio, Tiraquelo, & Molina, Velasquez, Auend. dict. glo. 17. nu. 24. qui subdit, num. 25. id à fortiori procedere, cum maioratus institutor filios filij maioris ad primogenium inuitauerit, aut aliter ad primogenium eos admittere voluerit: tunc namque filij maioris expressio efficere non posset, quod nepos admittendus non esset, & refert alias authores sic tenentes. Eandem quoque sententiam, quod vbi primogenitus, aut primogeniti vocantur, admittatur nepos, & representationi locus sit: tenuerunt, & permulti alij authores, quos cōmemoravit Alexander Raudensis, de annalosis, libro primo, dicto capite 15. numero 275. & 276. qui concludunt (vt ipse Raudensis inquit) quod verbum hoc primogenitus, siue sit adiectum executio, siue dispositiuo verbo, nepotem significat, & representationem admittit. Idque confirmari poterit, ac confirmatur ex omnibus illis rationibus, & fundamentis, quæ arguendo concessit Antonius Galeatus Maluassia, dicto consilio 22. ex numero primo, usque ad numerum 30. libro primo. Quamuis ipse casum sibi propositum decidendo, contrarium assuerauerit in vocatione filij maioris natu (vt supra dicebam) & ad id conuincendum, atque fundandum, quam plurima adduxerit fundamenta, (vt supra quoque dixi) quibus tamen, his etiam, quæ in contrarium considerauit Auendañus in vocatione filij maioris, vt antea retuli, numero 320. facilis est responsio, si consideremus primogenitorum seu maioratum Hispaniæ natu ram, atque partitarum, & Tauri legum

decisiones perpendamus, ipsis namque mature perspectis, nihil equidem in contrarium adduci, aut excogitari valebit, cui facile (vt nunc dicebam) non sit, verum & concludens responsum præbere. Et sic facile quoque, & rationes omnes contrarię Antonij Galeatij Maluassia subuerti poterunt: ipsæ namque licet in terminis iuris communis, ac in fideicommissis, aut successionibus ordinarijs vrgere videantur, quamvis in eis etiam contradictores habeant; in terminis tamen nostris, ac post decisionem earundem legum partitarum, & Tauri, maximequē Taurinæ dict. 40. constitutionis æditionem, nullam proculdubio vim habent. In primis namque, certum & planum est, in maioratu semper linea recta succedendum esse. Id quod Molina, de Hispanorum primogenijs, libro 3. capite 6. numero 33. plene confirmat. Deinde, in eiusdem maioratus successione, primo lineam considerandam esse, secundo gradum, tertio sextum, & quarto ætatem, vt certum quoque, & latius probauit Molina, libro primo, capite 3. numero 12. & libro 3. capit. 4. numero 14. & capite 6. numer. 33. Si autem linea recta succedatur, certum est. etiā, nepotem esse ex linea patris prædefuncti, tametsi successionem non occupauerit filius, vt supra diximus. Et tenuit Molina libro 3. dicto capite 6. num. 34. quod si gradus consideretur, quicquid sit in alijs successionibus, in quibus filij primum, nepotes secundum, pronepotes tertium, ac deinceps cæteri descendentes graduum constituunt, l. prima. §. primo gradu. l. Iurisconsultus. §. transamus. ff. de gradibus. l. 2. §. legitima. ff. de suis, & legitimis. In successionetamen maioratus quilibet ex filijs diuersum ab alio gradum constituit, filius primogenitus cum eiusdem descendantibus primum, secundogenitus secundum, tertio genitus tertium, & sic deinceps, vt Molina, dictis in locis, & alijs pluribus singulariter obseruauit. Et in terminis nostris recte Auendañus, dicta glosa 17. leg. 40. Tauri, numero 26. Nepos ergo

ergo cum sit in primo gradu, ex qualitate primogenituræ, atque maioris ætatis patris sui in eo cum omnibus qualitatibus ipsi cohærentibus representatae, atque subrogatae, dictarum legum huius Regni virtute, & dispositione admitti proculdubio debet, iuxta traditiones, & resolutiones Ioannis Gutierrez, practicarum lib. 3. quæstione 66. numero 27. post Molinam, & alios plures ibi relatós. Idquæ etsi filius maior natu vocatus fuerit, quoniā si pater eius viueret, admitteretur, quod duntaxat ac principali ter dicta l. 40. Tauri, in consideratione habuit, & in nostris terminis etiam dicta l. 2. titulo 15. partita 2. probauit. Ipsa namque mentionē faciens de filio maiore, nepotem ex filio præmortuo admittit, & patruum excludit, vt constat ibi, *Que si ei h̄yo mayor murieſſe ante que heredasse, si decaſſe fijo, &c.*

Deinde, & pro eadem parte fortiter vrget, in dubio standum esse dispositio-
ni dictæ l. 2. titul. 15. part. 2. & dictæ l. 40. Tauri, ac eorum verbis firmiter inhe-
rendum, donec contrariū non appareat, institutorem maioratus sua dispositio-
ne statuisse, vt s̄pē diximus, & in postre-
ma eiusdem legis Tauri parte cautum, pluries repetitum est. Sane ex eo quod
filius maior natu, aut primogenitus ad
successionem intitetur, nō appetet clara-
tè expressum, an institutor ipse repræ-
sentationem excluderit, aut excludere
voluerit; nec etiam tacite ita, quod in
dubium voluntas institutoris reuocari
non possit, quod est necesse (vt etiā plu-
ries est repetitum) vt ex coniecturis à re-
gula, & constitutione dictæ l. Tauri re-
cedatur. Cum ergo in dubio versemur,
maximumque dubium sit (quod negari
non potest) imo verisimilius contrariū
videatur, atque ea lex generaliter, &
indistincte nepotem admittat, nec distin-
guat istum casum, potius eidem legi in-
hærendum erit, ac credendum, cum dis-
positione ipsius se institutorem confor-
mare voluisse, eaque verba ad intelle-
ctum, & mentem iuris referenda fore,
& iuxta communem usum, communē-

que sensum, & interpretationem horū
regnorum accipienda, quām quod ex
verbis non manifestis, & claris, à deci-
sione legum adeò clara, & expressa re-
cedatur, & representatio excludatur.
Prout Matiençus post Couar. dict. glo.
6. l. 5. tit. 7. numero 5. & pater Ludouicus
Molina, tomo 3. dicta dispositione 629.
numero 5. folio 443. recte contendunt,
& nullo modo fundans, sic quoque atq;
in fortioribus terminis resoluit, & in
praxi seruari affirmat Blazius Flores
Diaz de Mena, in additionibus ad deci-
sionem Gamæ 174. & decisionem 308.
versiculo, quæ obtinet 2. part. fol. 31. &
ita tenendum est, prout firmiter tenuit
Auēdañus, atque id declarauit dict. glo.
17. numero 27. & 28. qui tamē gloss. 18.
ex numero 13. usque ad finem glossę, ut
dilluat sententiam eorum, qui require-
bant præcise, quod qualitas illa primō-
geniturae, aut proximitatis gradus, vel
maioris ætatis adesset tempore, quo suc-
cessio defertur, nec sufficeret, quod ad-
fuerit antea, siue quod tunc adesset, si
primogenitus mortuus nō fuisset: & in-
de existimarunt, mortuo filio maiore,
nepotem ab eo relictum, cui qualitas
maioris ætatis, aut proximitatis gradus,
vel primogeniturae, eueniētis successio-
nis tempore, vere non inest, sub ea vo-
catione filij maioris non comprehendi:
prout authores sic tenentes, aut saltem
sic præsentientes retulerat antea glossa
17. numero 22. vt supra dixi, & in eodem
placito firmiter fuit Antonius Galeatus
Maluasia, dicto consilio 22. numero 32.
quem nullus hactenus retulit (vt dixi)
ipse namque author cum alijs iuris inter-
pretibus, dicto num. 32. obseruavit, quod
qui respectu alicuius successionis maior
esse debet, ad eam non admittitur, nisi
tempore quo ipsa defertur, maior sit.
Et numero 33. inquit, quod vbi in succes-
sione consideratur ætas, ex propria per-
sona, & non alterius, successor metiri
debet. Et numeris sequentibus alia simi-
lia adducit, maximē numer. 35. quod vbi
quis ex aliqua dispositione vocatur cū
certa qualitate, si in eo deficiat qualitas,

Quotidian. controuers. iuris.

ad ipsum dispositio non porrigitur. Menochius etiam (quem nullus in proposito refert) in consilio 269. numero 9. & 11. & 18. & 25. libro tertio, alia similia in proposito recenset, nec dici primogenitum eum, qui vita functus est, ut succedere possit, sed requiri quod tempore delatè successionis existat, & primogenitus sit: latius obseruat, ut numeris quoque præcedentibus diximus. Verum ea omnia, quæ iure communi attento, ac insidei commissionis ordinarijs urgere videantur, in terminis nostris, ac post decisionem dictarum legum partitarum & Tauri, ex quibus representatione illa personæ parentis, cum omnibus eiusdem qualitatibus sic inducitur, ut antea dixi, nullam equidem vim habent, ex his quæ plena manu superius notata & scripta reliqui. Sed eisdem ut Auendañus medie satisfaciat dicta glossa 18. ex numero decimotertio, sequentem distinctionem proponit, ex qua etiam idem deducitur, quod contendimus, & superiora non obstante, deprehenditur manifestè. In primis namque, dicto numero decimotertio, decimo quarto, & decimo quinto, securè & verè obseruat, quod quando maioratus institutor simpliciter ad eius successionem filium maiorē, seu proximiorem consanguineum vocavit, tunc representatione admittitor, ut dictum est, & comprobatur aliorum authorum relatione, & ratione etiam, videlicet, quod in dubio censendus est maioratus institutor voluisse dubiam suam dispositionem regulis iuris communis adæquare, & de legis dispositione cogitasse, idque ipsum quod lex disposuisse. Postmodum ex numero 17. usque ad numerum 24. plene probavit, representationi locum non esse, nec aliquod succendi ius ad successores suos transmitti, quoties primogenitus mortuus fuerit, nondum qualitate, seu conditione ab institutore maioratus requisita, verificata. Idq; siue maioratus instituatur in ultima voluntate, siue in contractu. Ea ratione, quod effectus conditionis cum sit suspendere eo in casu actum, usque ad

eius implementum, & ipsius conditionis euentus debeat expectari, atque interim vocatio sit quasi somnium, deceente aliquo pendente conditione, aut nondum in eius persona qualitate verificata, nihil ad eius successorem transmittit. Prout in specie transmissionis, seu representationis, in successione maiorum probatur Oldaldus, Abbas, Rubeus Gratus, Tiraquellus, Portius, Acosta, & Aluarus Valascus, relati per eūdem Auendañum, numero 21. & glossa 8. num. 19. qui ipse numero 24. eiusdem glossæ 18. Ex eo eam resolutionem confirmat, quod quando persona aliqua indeterminate sub aliqua qualitate certo tempore necessario verificanda vocatur, si ante ipsius existentiam mortua fuerit, non diceretur qualificatè vocata, sed omnino in dispositione omissa, ut multi autores relati ibi ab eodem Auendaño obseruant. Et in hac specie dicit quoque procedere decisionem dictæ legis quadragesimæ Turi, in postrema sui parte, ibi: *Salvo si otra cosa est uiri dispuesta. Vi detur namque tunc aliud dispositum, & ob id representationi locus non erit.* Deinde ex num. 25. usque ad numer. 29. ex professo inquirit, quo inquam tempore qualitas, seu conditio in persona successorum præcisè requisita sufficiat verificari, an viuo ultimo eiusdem maioratus possessore, ante actualem successionis executionem, quando solam spem succedendi primogenitus habet, vel tempore mortis maioratus successoris, quando verè & actualiter defertur successio, veluti si duo reperiantur, quorum unus filius est illius, qui conditionem, seu qualitatem ab institutore requisitam, viuo ultimo maioratus possessore, habuit, sed morte præuentus qualitas in eo verificata, expirauit: quique patris sui personam representando, qualitatem etiam representare prætendit, & consequenter alterum, cui verè tempore, quo defertur successio qualitas inest à maioratus successione excludere, & dicit, quod huius difficultatis vera explicatio, clavis totius præsentis materiæ est, & numero

331 mero 26. vsq; ad num. 29. eorum sententiā refert, maximeq; Alexā. doctrinā perpendit, qui tempore euenientis causū successionis, qualitatē adesse, atq; verificari in persona succedere volentis, requirunt, neq; sufficere, existere in vita authoris eius, vel per aliquod tempus interuenisse, existimant, nisi duret, & perseveret, vsque ad euentum successionis. Prout in qualitate maioriæ, siue maioris ætatis, aut primogeniture, & in vocatione es proximioris, tenuerūt authores ibi relati per Auendañum eundē, & ultra illos alij plures interpretes, quos superius adduximus, & constanter Anton. Galeatius Maluassia, & Iacobus Menoch. commemorati supr. nu. 328. & 329. ij namq; omnes, qualitatem illam maioriæ, aut primogeniture, vel proximitatis, tempore quo successio deferatur, existere, necessarium esse, affirmant 332 constanter. Cuius tamen contrarium in eadē vocatione proximioris, & in qualitate maioriæ, aut maioris ætatis, vel primogeniture, tenuerūt alij permulti, & maximi nominis authores, vt supra vidimus. Qui è contrario eam qualitatē aliquando adfuisse, & viuente ultimo maioratus postessore interuenisse, sufficere, vallidissime probauerūt, & assenerarunt, & consequenter nepotem patruū excludere, & repræsentationi locum esse, affirmarunt. Pro ipsis autem fortissime, atque cōcludēter vrgent ea, quæ in unaquaque earum vocationum specificè superius diximus. Item etiam quam plurimorum authorum sentētia, superiori contraria, quam Auend. idem, dicta gloss. 18. numuer. 29. commemorauit. Ipsi namque firmiter existimant, atque afferunt, qualitatem eiusmodi in personis in futurum successuris, ad succedendum requisitam, nō tempore euenientis conditionis fore necessario verificādā, sed sufficere, quod in vita cuiuslibet maioratus postessoris adfuerit qualitas illa, etiam si ante euentū successionis ipse moriatur. Prout eos omnes recentet Auendañus, dicto numero 29. & 334 numero 30 & 31. Ex abundanti dicit res-

ponderi posse doctrinæ Alexandri, & aliorum præfatæ, intelligendo eā, quando qualitas fuit adiecta per modum causæ finalis, aut existentiaz, & fundamē tum dispositionis, quia tunc (inquit) verrissimum esset, tempore quo dispositio ad effectum perducitur, in persona succedere volentis qualitatem debere verificari, vt dicunt authores ibi relati. Si vero qualitas non per modum cause finalis, aut existētiaz, sed simplicis demonstratiois vocati adiecta sit, quod in dubio præsumitur, vt Auendañus ipse nu. 32. & 33. pluribus authoribus relatis, notauit. Veluti cum qualitas maioriæ, primogeniture, vel alia similis adiicitur: tunc equidem non requiritur existētia, aut perseverantia qualitatis huius, sed sufficit, quod in vita possessoris adfuerit in eo, cuius personam quis repræsentat, licet ante delatam successionē, mortemque maioratus possessoris dececessit. Quæ omnia mihi admodum placēt, verrissima namque sunt, maximè in Hispanorum primogenijs loquendo, & attenta decisione dict. l. 40. Tauri. His etiā inspectis, atque in memoriam repetitis, quæ numeris præcedentibus circa successionem trāuersalium, & eiusdem l. decisionē, primogenitorumque, & eorum descendētum inclusionem statim cum nascuntur, & secundogenitorum, aut ultra exclusionem, supra adnotavi. Et post Molinam, & alios plures scriptarē liquit Ioannes Gutierrez, practicarum libro 3. quæstione 66. ex numer. 17. vsque ad numerum 21. & quæstione 67. ex numero 20. ex his etiam, quæ Iacobus Menochius, in consilio 97. num. 150. Et in consilio 79. numero 106. & seq. libro 1. Iacobus Bereta, in consil. 143. lib. 1. Iosephus de Rusticis, in consil. 2. impresso post tractatum, an & quando liberi, &c. Ex numero 72. cū sequent. adnotarunt. Blazius denique Flores Diaz de Mena, in additionibus ad decisionem Gamæ 308. versiculo, quæ obtinet. fol. 31. qui in vocatione filij maioris, aut primogeniti, aut proximioris, singulariter, & vere requirit, vt repræsentatio excluda-

cludatur, quod ex alijs appareat, verba hæc ex proposito apposita fuisse à fundatore maioratus ad excludendā repræsentationem, non si fortuito addemonstrationē successoris, scilicet, quia defunctus voluit solū, quod filius maior vltimi possessoris succederet, ad quem demonstrandū apposuit dicta verba, quod in dubio presumitur. Et ita dicit concordari discordantes opiniones. Ita quoq; 337 quod alij conjecture, & circumstantiae urgentes concurrant, cū vocatione facta, nec solā ipsam vocationē sufficere, tenuisse patrem Ludouicum Molin. ē Societate Iesu religiosum, & nobis placere, ut ex ipsis animus, & voluntas institutoris maioratus dilucide, & clare appareat, nec dubitari aliquo modo valeat, quim repræsentationem axcludere voluerit, numeris præcedētibus ego dicebam. Et vere, si d.l. Taur. 40. constitutio, & cōditorum ipsius mens, & intētio perpendatur mature, si etiā primogeniti vniuscuiusq; & eius lineæ sēpē repetita inclusio, & admissio præoculis habeatur, resolutionē hanc verissimam esse, nec esse necesse, quod tempore delatæ successionis is viuat, qui si viueret, lis non esset, nullus negare, imò coacta ratione fateri debēbit, qui legis eiusdem Tauri verba perspiciat. Sane si inter descendentes, & in transuersales repræsentatio introducitur ibi, vsq; in infinitum, nec in interesse, quod is, cuius persona repræsentatur, ante successionē actualē decesserit, sic expressim statuitur: consequitur evidenter, & necessario, nec etiā interesse, quod qualitas ea ante delatam successionem defecerit, quoniā vtrung; idem est, & æqualiter verbis eisdem deciditur, atque explanatur. Quod erit notandum, quia singulare est, nec haec tenus sic fortiter, & concludenter fuit in proposito Taurinæ eiusdem l. constitutio ponderata.

336 Denique, & vltimo ad aliam quæstionem infertur, quæ eandem vltimam partem dicit l. Tauri 40. attinet. Vtrum inquam repræsentatio excludatur, aut exclusa cēseatur ex vocatione filij super-

stitis, aut primogeniti, superstites, hoc est, Del hijo mayor que fincar viuo al tiempo de la muerte del ultimo poseedor. Siue cū in defectum vocatorū, superstites proximiores institutoris maioratus vocabit: & consequenter an eo casu filius secundogenitus superstes, nepoti ex filio primogenito in vita vltimi possessoris mortuo preferendus sit. Quo equidem in dubio pro viraque parte diuersæ, atque contrariæ extant interpretum sententiae, eorum autem quidam in fidei-commissis, quidam in primogenijs omnium gentium, & natationum, alij denique in maioratibus Hispaniæ loquuntur: & verē pro vna, & altera parte extenduntur, ac expendi possunt fortissima fundamenta. Ad rem igitur accedendo, quod in simili vocatione, de filio superstite facta, nepos ad filij secundogeniti exclusionem ex repræsentatione personæ parentis admittendus nō sit, imò quod ipse à filio secundogenito debeat excludi: verum esse censuit glos sa ordinaria, in l. qui plures, verbo, ad superstites. ff. de vulg. & pup. substitut. cui est alia consimilis, in lege Lutius. §. pater puerum, verbo, pertinere. ff. ad Trebellianum, & alia, in l. cum quidā, verbo, hæredes eius. Et in verbo, notat. ff. delegatis secundo. Et alia, in lege hæredes mei. §. peto, verbo, succepisset. Et verbo, vel vni. ff. ad Trebellianum. Et id ipsum voluerunt, & sic quoque consulendo quandoque, & quandoque decidendo, & legendo firmiter obseruārunt Azo, Gofredus, Baldus, Paulus, Ancharranus, Corneus, Bertrandus, Cumanus, Alexander, Socinus, Aretinus, Ripa, Romanus, Iason, Decius, Socinus, Sadoletus, Carolus Ruinus, Curtius Iunior, Antonius Rubeus, Socinus Iunior, Beroius, Riminaldus Senior, Gozadinus, Chasaneus, Alciatus, Nata, Philipus Portius, Iacobus Mandellus de Alba, Aluarus Valscus, Acosta, & Antonius Gabriel, quos omnes in vnum congregavit, & pro hac parte commemoravit Ludouicus Molina, de Hispanorum primogenijs, libro 3. capite 8. nu-

8. numero 20. in principio. Et eandem opinionem verissimam , & communiter receptam dixerunt quamplurimi ex eisdem à Molina præcitat. Et ultra ipsos sic quoque tenuerunt Cumanus, Ioannes Faber, Socinus uterque, Jason, Carolus Molineus, Albanus, Sadoletus, Ancharranus, Baldus, Alexander, Ripa, Alciatus, Afflictis, Ruynus, Decius, Beronius, Gregorius Lopez, Cœpola, Bertrandus, & Acosta, quos refert, & hanc opinionem constanter defendit , etiam in Hispanorum primogenijs & maioratis, Velazquez Auendañus in dicta. l. 40. Tauri, gloss. 8. num. 37. videndus ex proposito per totam illam glossam. Ipse tamen Auendañus, dicto numero 37. minus bene dixit, nullum ex superioribus authoribus à Molina relatum , cum verè (ut nunc vidimus) Ioanne Fabro, Carolo Molineo, Afflictis, Cœpola, & Gregorio Lopez exceptis, ceteros Molina retulerit. Tenent etiam opinionem eadem Franciscus Bursatus , in consilio 41. numer. 6. libro primo. Michael Graf sus, receptarum sententiarum, §. fideicōmissum, quæstione 11. numero, 10. Hippolytus Riminald. in consilio 75. nume. 18. in fine, cum sequent. libro primo, Petrus Antonius de Petra, de fideicommissis, quæstione 11. numer. 134. & 135. Franciscus Mantica, de coniecturis vltimaru voluntatum, lib. 8. titulo 9. numero 5. Simon de Prætis, de interpretatione vltimaru voluntatum, lib. 3. interpretatio ne 3. dubitatione 4. solutione vltima, numero 26. fol. 227. Alexander Raudensis in commentarijs, de analogis, c. 15. nu. 275. folio 92. qui loquitur in maioratu, in quo fuit adiecta clausula, quem maiorem reliquerit tempore mortis suæ , & dicit, quod tunc , siue verbo dispositivo, siue executivo adiecta sit qualitas ea, cum verbo reliquerit , patruus nepoti præfertur, & citat Iserniam, Madellum Albensem, Alciatum, Cardinalem, Albanum, Cassaneum, Corneum, Antonium Gabrielem, Socinum, & Berengarium. Idem Raudensis in appendice, prima parte , numero 168. qui loquitur,

quando expressè vocantur filij , qui erunt superstites tempore mortis grauati, & tunc post alios multos afferit, nepotem nō repræsentare gradum patris. Antonius Galeatus Maluasia , in consilio 22. per totum, libro primo , qui proposuit quæstionem, quando concessum fuit feudum vassallo, & eius descendentiis, ut maior natu pro tempore existens, in feudo admittatur mortuo vassallo. Jacobus Menochius, qui multos etiam huius opinionis authores commemorat , & sequitur eos, in consilio 124. numero 95. & in consilio 200. nume. 36. libro secundo, & in consilio 269. numero 54. libro tertio, & in consilio 795 . in primo dubio, libro octavo, quo loci , & libro quarto, præsumptione 95. numero vigesimo secundo, dixit , coniecturam hanc intelligi, nisi testator dixerit, quod superstites succedant eo ordine, & modo, quo essent successuri ab intestato, vel etiam quādo vocavit superstites, & eorum filios, & citat Alexandrum, Ruinū, Decium, Alciatum, Parisium, & Conarruuiam.

Pro hac autem sententia & opinione repræsentationis iuris negatiua , quamplurima expendunt fundamenta , & rationes permultas considerant Curtius Iunior, qui latē & notabiliter id prosequitur, in consil. 57. numero 9. cum seq. & in consilio 69. ex num. secundo, & in consilio 161. numero 16. Parisius, qui latissimè etiam prosequitur materiam, in consilio 37. numero 46. cum pluribus sequentibus, libro secundo, & in consilio 9. num. 19. & 23. cum sequent. eodem libro, & in consilio 63. numero 4. cum sequent. libro 3. late Antonius Galeatus Maluasia, dicto consilio 22. ex numero 30. cum sequentibus, libro primo. Latissime Velazquez Auendañus, in dicta. l. 40. Tauri, glossa 8. ex numero 4 . usque ad numerum 37. qui & iura quoque diversa pro ipsam sententia perpendunt. Maxime, l. cum pater, §. hæreditatem, el primero, ff. de leg. 2. l. generali capite. 6. filios ex Seio, ff. de usufructu legato, l. quoties, la 1. ff. de reb. dubijs, l. hæredes

Quotidian.controuersi.iuris.

mei, §. cum ita. ff. ad Trebellianum. l. si-
lix. §. Atitia vxor mea. ff. de conditioni-
bus, & demonstrationibus. Quibus ta-
men iuribus, atque etiam eiusdem partis
fundamentis statim verè, & breuiter res-
pondebitur in confirmatione secundæ
opinionis, superiori omnino contrarię.
Ibidem etiam respondetur rationi illi,
qua præcipue eadem opinio superior
subsistit, videlicet quod maioratus insti-
tutor ex verbis prefatis, duntaxat volue-
rit, ad maioratus successionem inuita-
re, atque demonstrare illum, qui tempo-
re mortis ultimi successoris, verè vi-
vus, ac superstes fuerit, atque ideo videa-
tur nepotem excludere, & filium secū-
dogenitum vocare, quoniam hīc verè
filius superstes est, & nō primogenitus,
qui non superuixit.

341 Succedit ergo contraria sententia,
imò quod ex verbis prædictis repre-
sentatio non excludatur, nec ab institutore 342
maioratus exclusa censeatur: quam fir-
miter tenuerunt, & secundum eam plu-
ries responderunt permulti etiam, &
maiori nominis authores, Romanus in-
quam, Bellamera, Cumanus, Fulgosius,
Corneus, Alexáder, Barbacia, Carolus
Molineus, Iason, Crotus, Ruinus, Gra-
tus, Riminaldus, Socinus Iunior, Pari-
sius, Craueta, & Zanchus, quos retulit
Ludouicus Molina, de Hispanorum pri-
mogenijs, lib. 3. dict. cap. 8. nu. 20. versic.
contrariam autem sententiam. Et sub-
dit, quod in proprijs terminis Hispano-
rum maioratum, sic concludunt, atque
resoluunt Abbas, in consilio 85. lib. 1. Ro-
manus, in consilio 29. Castrensis, in cō-
silio 164. lib. 2. Bologninus, in consil. 62.
columna 6. in fin. cum sequent. Bellame-
ra, decisione 723. numero 16. & 17. cum
sequet. Barbacia, in consil. 10. lib. 2. & in
additionibus ad Baldum, in l. cum anti-
quoribus. C. de iure deliberandi, ver-
bo, constat. Idem Barbacia ultra locum
ā Molina relatum, in consilio 61. lib. 1.
vbi latè per quatuor columnas. In His-
panorum quoque primogenijs, & maio-
ratis nostris hanc sententiam ample-
tuntur Ioannes Matiençus, in l. 5. tit. 7. 344

gloss. 6. nu. 2. in princip. lib. 5. nouæ collec-
tionis Regiæ. Ioannes Gutierrez, pra-
cticarum libro 3. quæstione 67. ex num.
35. usque ad numerum 43. pater Ludoui-
cus Molina, tomo 3. de iustitia, & iure,
dispositione 629. numero 5. versiculo,
vtrum ac tem, folio 443. Blazius Flores
Diaz de Mena, in additionibus ad deci-
sionem Gamæ 308. versiculo, quæ ob-
tinent, parte 2. fol. 31. qui dicit, nepotem
patris o præferri in successione maiora-
tus, post decisionem dictæ l. 40. Tauri,
etiam si filius maior superstes vocetur,
nisi ex alijs contrarium appareat, scili-
cet verba illa ex proposito à fundatore
apposita esse ad exclusionem repræsen-
tationis, non si fortuito ad demonstra-
tionem successoris (quod in dubio præ-
sumitur) & ita dicit practicari, nec solū
ex his verbis representationem exclu-
di (vt dixi.)

342 Et quidem secunda hæc opinio, atq;
sententia verior est, & probabilit̄, atq;
in hiscē Regnis in nostris primogenijs
seu maioratibus omnino amplectenda,
& vt alia plurima omittam, quæ ex Ab-
bate, Calatrēsi, & Bolognino deduci pos-
sent pro vallidissimis huius partis fun-
damatis, ex Barbacia quoque, dicto cō-
silio 61. libro 1. Ea duntaxat perpendam
fundamenta, quæ nullo pacto vitari po-
sunt, & verè in proposito concludunt.

343 Ac primum illud, videlicet condicio-
nem etiam filio appositam eiusmodi, in
nepote, patre defuncto per representa-
tionem verificari, vt superiores autho-
res longa serie probarunt, & infra dicā.
Deinde conditionem eandem à iure ra-
cite inesse, cum semper filius maior, qui
tempore mortis ipsius superfuerit, ad
primogenij successionē admittatur, vt
notum est, & probatur in l. 2. tit. 15. part.
2. & in dict. l. 40. Tauri. Vnde quamuis
exprimatur, nihil operatur, nec opera-
ri debet, ex l. 3. ff. de legatis primo l. 1. ff.
de condit. & demonstrat. quomodo ex
traditionibus, quam plurimorum hanc
sententiam fundauit Molina, lib. 3. dict.
cap. 8. nu. 20. versic. contrariam autem
344 sententiam. In principio, nec satisfacit

Velazquez Auendañus, dicta glossa 8.
 l.40. Tauri, num. 38. dum dicit, quod in primogenitorum successionibus, id tantum ex ipsorum natura inesse dicatur, ut filius maior primogenitus semper admittatur, neposq; ex prædefuncto præferatur secundogenito ipsorum, & hæc qualitas seu cōditio primogenituræ, aut maioriæ semper inest de iure tacite, & ideo si exprimatur, nihil operatur. Aliꝝ vero qualitates seu cōditiones extraordinariæ, vt super existentia, atque similes, dici non potest (vt ipse Auendañus afferit) quod de iure tacite insint, immo contra ius, & ordinariam primogenitorum naturam esse videtur, & ideo si exprimantur multum debet operari. Hæc inquam solutio, siue euasio Auendañi non mihi placet, nec satisfacit ex eo, quod si verum est (vt idemmet fatetur) conditionem seu qualitatem primogenituræ, & maioriæ, atque ut filius maior primogenitus semper admittatur, ne posque ex ipso prædefuncto præferatur secundogenito, semper de ipsorum natura in primogenijs seu maioratibus inesse, & ideo si exprimatur, nihil operari: verum etiam erit, qualitatem illam seu cōditionem extraordinariam super existentia, atque alias similes, de iure, atque ex natura eorundem primogenitorum in necessariam consequentiam inesse videri, & consequenter repræsentationem non excludere, nisi ita exprimantur, vt excludendi repræsentationem animum, atque voluntatem de- notent aperte. Idque ex decisione dictæ l.2. titulo 15. partita 2. satis clare probatur, si ipsa perpendatur, prout perpendiculari debet, & statim animaduertam. Expressiusq; ex decisione dict. l.40. Tauri, ibi namque (vt pluries repetitum est) nepotem patruo præferri, regulariter, atque indistincte statuitur, nec casus hic excipitur, aut distinguitur, sed duntaxat casus ille excipitur, quando expressa dispositione aliud institutor maioratus cauerit, atque statuerit; ergo si expressa dispositione, id non statuat, credendum erit, id semper inesse, atque

præfatis verbis adiectis, dūtaxat expresse illud, quod de iure inerat secundum mentem, & intellectum iuris, atque iuxta decisionem l. partitæ, & Tauri, ea verba accepisse, ex quibus equidem, atque ex vi representationis personæ parentis prædefuncti, sic filio secundogenito nepos præponetur, & conditionem illam faciet deficere (si aperte, & expresse à decisione earundem legū non recedatur) cum una, & eadem persona reputerur cum illo, & quoad effectū successionis iure metipso, maxime que Taurinæ illius legis decisione aper ta (cui in hoc articulo firmiter est inhærendum) non modo eiusdem gradus videatur esse cum filio secundogenito, sed etiam præcedere eum propter primogenituram patris sui, cum in omnibus perinde res habeatur, ac si tunc pater prædefunctus superstes esset, vt cum Castrensi, Socino, & Portio, singulariter obseruauit Marcus Antonius Peregrinus (quem in idem retuli numeris præcedentibus) in commentarijs de fideicommissis, articulo 21. num. 20. representatione ergo illa, sic fauorabiliter in dicta l. Tauri introducta, perinde facit rem in omnibus haberi, vt idem ius concedatur personam parentis repræsentanti, quod ipsimet parenti concederetur, sanè si parens viueret, nullam id dubitationem haberet, & ideo nec dubium quoque esse debet, cū filius ex representatione successionem prætedit. Idque cum in fortissimis terminis versaretur, quando inquam adiecta fuit clausula, salua gradus prærogatiua, vel gradibus seruatis, aut gradibus in suo ordine seruandis, & in vocatione proximoris, aut maioris, vel primogeniti, agnouit libenter Auendañus, nec ideo representatione denegauit, vt numeris præcedentibus vidimus. Et tamen eisdē incasibus certum est, qualitatem illam maioris ætatis, aut primogenituræ, vel proximitatis tempore successionis non adesse, cum proximior, vel maior, aut primogenitus verè non adsit, sed mortuus fuerit, & nihil omnibus non excluditur

Quotidian. controuersi. iuris.

repræsentatio, sed adhuc locū obtinet, vt ipse Auendañus constanter & firmiter sustinuit. Vndē eodem modo, nec in casu præsenti excludi debet, nam licet ille superstes non sit, filius tamen eius qui superstes, sic facit habere locum dispositionē, & decisionem dictæ l. Tauri procedere, ac si vere pater superesset, quod si negetur, negari etiā deberet representatione in casibus prædictis.

Non etiam satisfacit solutio secunda eiusdem Auendañi, dicta glossa 8. num. 39. Imò intentum nostrum, & quæ nunc obseruamus confirmat, iam iam enim author hic, velut veritati magis accedens, in eodem nostro placito condescēdit, & venit agnoscere id, quod nos profitemur, sed solutione superiori ipse negavit. Inquit namque dicto numero 39. quod quamvis fateamur, prædictam superexistentiæ conditionem tacite de iure inesse, negari tamen non posse, expressam multum operari, cum exprimatur per viam conditionis, habentis se ad esse, vel non esse, per textum in l. si ita legatum, §. illi si volet, ff. de legatis primo. Et communem interpretum traditionē, quod in legato ita relicto, si legatarius voluerit, antequam voluntatem suam declarerit, ipse decesserit, nihil ad hæresdes suostransmittet. Quod tamen (vt dixi) non satisfacit, tum, quia in casu proposito negamus, qualitatem illam per modum conditionis expressam, aut superexistentiam necessariam esse tempore euenientis successionis. Ex quo in dicta l. 40. Tauri, (qua totus hic articulus, & representationis materia in hisce Regnis gubernari & regi debet) requisita non est, imò indistinctè representatione admissa, & si is ad quem successio pertineret, si viueret, ante delatam successionem ipsam decessit. Tum etiam, quia dicti. §. si volet. Casus ad oculum patet, quam diuersus sit à casu præsenti, ex natura primogenitorum, in qua versamur, ut potè cum ipsa inclusio primogeniti omnes alias aliorum ulterius genitorū lineas excludat, & nascendo ipse primo genitus sic se, atque suos descendentes

includat, & primum caput lineæ, quoad seipsum, & suam posteritatem efficiat, quod secundogenitum perpetuo excludat, etiam si in vita possessoris maioratus, & sic ante delatam successionem decedat, nec se velle succedere declarauerit. Id quod nec eadem legis Tauri constitutione requiritur, quoad transmissionem, aut representationem, nec etiam ex ipsa primogenitorum natura, & perpetuitate effici posset. Contrariū potius de novo inducitur, atque admodum erudite, & singulariter statuit (vt vidisti) mortuo inquam eo, qui si viueret successorus esset, viuēte adhuc maioratus possessore, representationem cōcedi, nec ius aliquod conditionale, cōditionem ve aliquam lege illa considerari, quæ representationi huic impedimento esse possit.

Tertia autem eiusdem Auendañi solutio non etiam satisfacit, nec satisfacere potest alicui, inquit namque authoris, numero 40. quod quamvis ea superexistentiæ conditio tacite de iure inesse, dici non potest, inesse de necessitate, sed de voluntate, cum ex sola institutis primogenium voluntate, facile possit variari, quo casu non procedit, dictæ l. 3. ff. de legatis primo decisio, quod nos libenter admittimus, inde tamen contra eundem authorem argumentum retorquemus, nam si de voluntate duntaxat inest, atque ex sola voluntate institutis maioratum variari potest, sane voluntas, sic esse videtur, vt representatione admittatur, nec excludatur, nisi cum institutor ipse aliud expresse statuerit, quod pro regulâ in eadem l. Tauri constitutum est. Non ergo potest ex voluntate id deduci, quod Auendañus contendit, nisi voluntas ex dispositione expressa, aut si tacita, indubitate, & certa deducatur, atque colligatur. Idque ex ipsam l. Tauri 40. ex qua rem hanc definimus, atque definiendam asserimus.

Idecirco, & facile etiam responderi poterit omnibus illis iuribus, quæ pro opinione prima representationis negatiua,

tiua, latè ponderauit Velazquez Auen-
dañus metidem. Nam præter quā quod
omnia ea iūra, quæ contra Molinam, & 346
sequaces ipse perpendit, ex numero 22.
vsque ad numerum 37. loquuntur in alijs
dispositionibus, & in successionibus, fa-
ctisque diuersi mode contingentibus de
iure communi, in quibus iuxta subiectā
materiam, de qua agebatur, verborum
proprietatem, casuum circumstantias, &
alia ibi simul concurrentia, recta iuris
ratione sic statuitur, & procedunt. Non
verò in primogenitorum seu maioratuū
institutionibus, & successionibus, in
quibus ex sui natura, & perpetuitate, at-
que per subrogationem omnium de fa-
milia, diuersorumque diuersis tempori-
bus successionē, aliud statui, nec super-
existentiæ qualitatē adesse præcise tē-
pore delatæ successionis, sed primoge-
nitum quem natum, fuisseque aliquan-
do, & ex tunc se inclusisse, sufficere, ip-
samet eorundem primogenitorum natu-
ra, progressus, & perpetuitas exigit, &
dicta l. Tauri 40. decidit expressim, &
in vocatione primogeniti, seu maioris,
vel proximioris, agnouit firmiter Auen-
dañus (vt dixi) præter hoc inquam, ex
verbis manifestis, & claris, eisdem in iū-
ribus adiectis, ipsorum prolationis mo-
do, successionisque casu uno actu finie-
do, sic aperte de voluntate testatoris in
illis omnibus iuribus constabat, vt al-
ter dici salua disponentium voluntate,
& mente, & verborum rigore, & pro-
prietate non posset, nec in dubium ea-
dem voluntas reuocari valeat, siue ali-
quo modo in mortuis, aut tunc non exi-
stentibus verificari, quod secus esse in
casu nostro, atque primogenitorum suc-
cessionē, etiam cum verba præfata adie-
cta fuerint, diuersæque naturæ, & quali-
tatis successiones esse, nullus equidem
negare poterit. Et secundum hæc appa-
ret, ab eis iuribus non restè argumentū
sumi ad propositum decisionis dictæ l.
Tauri, adeò aperte, & in successionē di-
uersæ naturæ loquentis. Apparet etiam,
primum fundamētum adductum supra
pro hac parte repræsentationis affirma-

tiua, fortiter, & verè haec tenus vrgere,
nec ex solutionibus Auendañi euinci.

Sed & secundum extat pro eadē sen-
tentia affirmatiur fundamentum, quod
deducitur ex sæpè præcitata l. 2. titul. 15.
part. 2. vbi lex illa facit mentionē de fi-
lio maiore superstite tēpore mortis ul-
timi possessoris, & nihilominus ex pri-
mogenito prædefuncto nepotē, vel ne-
ptem secundogenito filio in successio-
ne Regni præferendum statuit. Quod
constat ibi, *El hijo mayor despues de los dias*
desu padre, quod idem significat, ac si di-
ceret, *El hijo mayor al tiempo de la muerte*
de su padre, cū expresse conseretur in
tēpus mortis patris, arguento l. Titius
ff. de militari testamēto. l. ex facto. § pe-
nultimo. ff. ad Trebellianum. Et ita in
proposito nostro l. illam 2. expēdit Mo-
lina, lib. 3. dict. c. 8. nu. 20. ad finē, versic.
pro eadem, & ante ipsum Panormitanus,
Paulus, & Bologninus, quos ipse nō
refert. Panormitanus, d. 85. vol. I. Paul.
dict. cons. 164. col. 1. ante medium, vers.
videtur dicendum. Bologninus, consil.
62. col. 6. ad finem.

Nec etiam satisfacit, imò præcedenti
bus deterior est eiusdē Auend. solutio,
tradita eādem glo. 8. nu. 41. & 42. primo
enim dicit, legem illam 2. nō bene indu-
ctam per Molinam, in quo equidē labi-
tur, idq; eadēmet ratione, qua statim
notandus est in 2. solutione ad eandē l.
tradita. Respondet secundo, quod ipsa l.
2. loquitur in successionē regnorū, quæ
non ex hominis dispositione, sed ex iure
sanguinis, & naturæ, vel ex antiquissima
consuetudine constat, atq; deferuntur,
in quibus habet locū repræsentatio: nos
verò loqui in longe dissimili primoge-
nitum successionē, quæ ex dispositio-
ne hominis deferuntur, in qua non sem-
per repræsentatio admittitur, sed ita de-
mun si ex voluntate expressa, aut conie-
cturis deducta primogenitum instituētis
exclusa non reperiatur, vt est, quādo su-
per viuentem filiū vocavit, vel aliā simi-
lem vocationē repræsentationis exclu-
siuam facit. Haec tenus præfatus author,
circa quem attente, atque ex proposito

Quotidian. contouers. iuris.

insistere necesse est. In primis namque inquit, quod lex illa loquitur in Regnum successione, quæ non ex hominis dispositione, &c. Id autem nihil concludit: verum enim adhuc est, ea in l. vocari filiū malorem, aut primogenitum cū hac adiectione: *Despues de la muerte de su padre, quod idem est (vt supradixi) Ac si vocaretur el hijo mayor que quedare al tiempo de la muerte de su padre.* Et nihilominus inquit præfata l. quod eo defuncto, nepos excluso patruo, ad Regni successio nem admittendus sit. Aliud autem quod in secunda solutione statim dicit, nos lo qui in successione ex hominis dispositio ne, & sic in alijs primogenijs inferioribus, non etiam concludit. Nam licet l. illa loquatur in successione Regni Hispaniæ, idem locum habet, atque dicendum est in cuiuscunque maioratus pri uati inferioris successione: quia regula est communis, & vera in Hispanorum

347 primogenijs. Quod Regnum ipsum est caput ipsorum primogenitorum Hispaniæ, ab eoque cætera primogenia, tanquam à capite deriuantur, successionis que ordinem & rationē accipiunt, adeò ut si de succedendi ordine in Hispaniæ maioratibus contendatur, ea lis secundum leges ad Regni successionem insti tutas decidenda sit. Prout ex Paulo Ca strense, Abbe, Bolognino, Sigismundo, Peralta, Menchaca & Couarruu. ob seruauit Ludouicus Molina, lib. I. cap. 2. n. 16. cum seq. & c. 3. per totum, & lib. 3. c. 3. nu. 2. & c. 4. nu. 5. Pelaez à Mier. de maior. part. 2. quæst. 6. nu. 3. Ioānes Gu tierrez, practic. lib. 3. quæst. 67. nume. 35. & 36. Idque alio in loco non modo negavit, imò pro regula certa in hac mate ria constituit, atque expressim obserua uit Auendañus idem, gloss. 5. dictæ l. 40. Tauri, nume. 14. dicens, quod omnia mē bra Hispaniæ, tanquam membra inferio ra, à Regno capite ipsorum (quod verū & proprium primogenium est) deriuantur, & reguntur, & eisdem legibus, qui bus Regnum, semper & vbiique inter pretantur, & lites circa eorum succes sionē finiuntur. Idq; iustissimē fieri, asse

rit, & decipi Acostā contrariū dicentē, eodē nu. 14. & 15. & nu. seq. probauit.

Sed & dū dicit, nos loqui in longe dis simili primogenitorū successione, in ea inquam, quæ ex hominis dispositione in posterū deriuatur, in qua (vt ipse cātat) nō semper representatio admittitur, sed demum si ex voluntate expressa, aut cōiecturis deducta instituentis primogeniū exclusa non censeatur, vt quando filium super viuentem vocavit, &c. Iterum decipitur manifeste, & iniuste præuertit ordinē dict. l. 40. Taur. pro regula namq; tradit id, quod pro exceptione traditur ea in lege, & eiusdem l. Regula ad exceptionem reducit. Quod patet ad oculū, in prima enim, & 2. dict. l. Tauri 40. pro regula proponitur, atque indistinctē cauetur, quod nepos ex pri mogenito viuo auo præmortuo, patruū excludit, tam inter descendentes, quam inter transuersales; & sic regula est, ne potē patruo præferri, & repræsentationem admitti. Regulæ autē huius sic generaliter, atque in distinctē traditæ exceptio, siue declaratio est, quæ in 3. & postrema dict. l. parte apponitur, ibi, *Salvo si otra cosa est unire disputata, &c.* Vbi casus huius articuli, quem ex nu. 336. ha etenus prosequimur, nequaquam expre sus, aut dispositus reperitur, nec etiam dici potest, quod comprehendatur, ex quo sua dispositione expressa, & clara, repræsentationem non exclusit institutor, nec ex verbis dubijs, à legis decisio ne tam clara recedi potest.

In alio etiā, & Auend. ipse decipitur, vt supra suo loco notauimus, quod in ea dē solutione, sicut in alijs locis, atq; glos sis eiusdem l. 40. Tau. cōtendit semper, primogenia, & maioratus inferiores, nō iure sanguinis deferri, sed potius hereditario, quod falsum omnino esse, nec sustineri posse, supra quoq; ostendimus.

349 Tertiò denique, & vltio loco eadem sententia repræsentationis affirmativa, quæ defenditur, probatur ex decisione dict. l. Tauri, inducendo eam, prout numero præcedenti, nunc inducebā, quod in 1. & 2. parte, in distinctē, ac pro regu la

la repræsentatio admittitur, postmodū in 3. & ultima parte, vt repræsentatio excludatur, & ab ea regula recedatur, expressa & individua institutoris maiorum dispositio requiritur, quæ in specie proposita non interuenit, nec satisfacit Auendañi solutio, eadem glossa 8. numero 42. in fine, dum respondet non esse necessariam expressam & individuam testantis dispositionem ad excludendam representationem. Deinde, quod superviuūtum vocatio expressa, exclusio est filiorum præmortuorum, atque per eā repræsentatio expressē excluditur. In primis enim libenter fateor, non adeò præcisè expressam dispositionem requiri, vt tacita aliquando non sufficiat: cæterū requiri semper, ac ex dispositione eiusdem legis Tauri, necessarium esse, vt dispositio tacita, ex qua excludendi repræsentationem, voluntatem elicere quis contendit, euidens & aperta sit, & coniecturas ex verbis ipsius dispositionis deprehendi, vel aliunde, concludenter tamen, semperque adeò præcisas esse, vt ex illis nihil aliud, quam representationis exclusio deduci possit, nec aliter recedendum ab eiusdem legis Tauri constitutione, firmiter & vere supra resolui, & tenuit Molina, libr. 3. dict. cap. 8. numero 5. quem cæteri Hispani interpretes communiter sequuti sunt, vt constat ex resolutione Ioannis Gutierrez, practicarum libr. 3. dicta questione 67. numero 38. & 39. sane in casu proposto dubia adhuc remanet dispositio & voluntas, nec dici potest, quod superstítum, aut superviuūtum vocatio, exclusio sit expressa filiorum præmortuorum, vt probatum fuit supra, & de se patet manifestè. Coniecturæ autem ex solo verbo superstítū deductæ, fallaces multum sunt, & plerumque nos deciperent, atque voluntatem institutoris torquebrent, si ex ipsis duntaxat res hæc dicenda esset, & in casu dubij, à legis dispositione sic expressa recederetur.

350 Ex his, & hactenus numeris præcedētibus adnotatis, facili quoque negotio fundamentis alijs respondebitur, quæ

pro patruo contrane potē, siue pro parte representationis exclusua, in eadem specie proposita, longa serie Auendañi ipse deduxit dicta glossa, 8. ex numero 4. usque ad numerum 22. ad quæ etiā reducuntur, atque reduci debent Antonij Galeatij Maluasiæ rationes plures, adductæ dicto consil. 22. ex numero 22. usque ad numerum 70. lib. primo. Quæ verè fortiter adstringunt: vnius autem, atque alterius authoris considerationes & fundamenta eo tendunt, quod verba illa qui superstites fuerit tempore mortis ultimi possessoris, necessario sint referenda ad illum, qui verè viuus & superstites fuerit tempore, quo defertur successio, neque possunt (si naturaliter & verè, ac in propria significatione accipiuntur) ad filium prædefunctum referri, cū præmortuus non sit superstites, neque ne pos ex præmortuo vere filius, neque etiam habens superexistentiam tempore requisito sit. Et quod hoc verbum superstites, ponitur ad differentiam prædefuncti, & habet vim taxatiuam, & inducit veram, atque propriam demonstrationem superviuūtis, aut saltem yeram conditionem, proprietatem etiam quan dam in ipsa nascendi origine demonstrat, vt latius exornant, atquè iure, & ratione, & autoritate comprobant. Verum enim uero, & eorum, & aliorū fundamentis omnibus, vel uno tantum verbo satisfieri potest, si considerentur, atque mature perpendantur ea, quæ numeris præcedentibus contra solutiones Auendañi ad fundamenta Molinæ adduximus. Posito namque, quod ea omnia in terminis iuris communis ponderata, adstringerent fortiter (vt dixi) adhuc tamen etiam eodem iure communi attento, certa omnino non sunt: ex quo representationis beneficium & priuilegium, iure etiam communi inductum est, non obstante, quod proximiores verè essent, cum quibus ex representatione alij concurrunt. Ex quo etiam in eadem facti specie, sic contrariæ extant sententiæ vt hanc partem, quam defendimus, secundè & firmiter tueātur grauissimi authores,

Quotidlan. controuersiuris.

res, qui dictę Taurinę l. 40. constitutio-
nem non agnouerunt. Sed posito (vt di-
xi) quod fundamenta eadem iure cōmu-
ni attento adstringant, post decisionem
tamen dict. l. 2. part. & dict. l. Tauri 40.
cui firmiter semper inhārendum, atque
ex ipsa rem hanc definiendam, sēpē di-
ximus: nec aliquo modo adstringūt, nec
etiam in cōsideratione, ita haberi debēt,
vt ex eis, atq; ex solis cōiecturis in casu
adēd dubio, ab expressa, & clara deci-
sione legis Regiæ Tauri recedatur. Et
verē superexistentiæ huius, aut alterius
qualitatis circumstantia illa in considera-
tione haberi nō debet, insi sua expressa,
aut saltem si tacita, certa omnino dispo-
sitione, cōtrarium institutor maioratus
351 statuerit. Quod equidē maturo, & sin-
gulari iudicio assequutus est Ludo. Mol.
lib. 3. d. c. 8. nu. 20. in fine. Ipse enim licet
resolutiū, & decisiū, expresseq; sen-
tentiam suam, quia lis pēdebat, nō inter-
posuerit (vt ibi dixit) satis tamen aperte
eam demonstrauit, & clare dixit, dubiū
hoc non tam decidi posse ex rationibus
iuris cōmunis, quam ex eo eiusdem de-
cisionem pendere, vtrū st̄tibus legibus
partitarū, & Tauri, hodie ex his verbis,
qui superstes fuerit, &c. Repräsentatio
exclusa censenda sit. Molinam autē fir-
miter eo loco credidisse, repräsentatio
nem nō excludi, nec ab institutore exclu-
sam censeri ex eis verbis, quanuis (vt di-
xi) quia lis pendebat, id non affueratue-
rit decisiū, satis clare insinuat ratio illa
ab eo apposita in vers. cū lex Tauri, &c.
Item alia ratio, quod hanc opinionē vl-
timō loco retulit, & pro ea citauit, atq;
ponderauit d. l. 2. part. in illis verbis: *Des-
pues de la muerte de su padre, quæ dubium
352 hoc decidunt aperte. Pater etiā Ludoui.
Molin. è Societate Iesu religiosus, tom.
3. de iustitia, & iure, disput. 629. num. 5. in
vers. vtrū autem, fol. 443. in fin. & 444.
in princip. mature rē hanc percipit (sed
nihil ex superius à me annotatis obser-
vat) dixit enim totū hoc operari decisio-
nem dictarū legum partitæ, & Tauri, &
verba præfata ab institutore maioratus
adiecta, iuxta ipsas met leges, & consue-*

tudinem huius Regni intelligi optimē
posse de filio maiori, qui tempore mor-
tis vltimi possessoris viuus remanserit
in se, aut in sobole legitima ab eo reli-
cta, quæ locum illius subit ex dispositio-
ne eorū iuriū in hoc Regno. Quæ sunt
verbo notabilia in proposito, & veris-
sima.

Addiderim ego vltra vtrunque Mo-
linam, nō modo sic expresse pārte hanc
amplecti videri dictam l. Tauri, vt con-
tendimus, sed etiam eandem l. in huius
articuli decisione, iuris principijs conso-
nam, posse contendi: vt pote cum ex re-
präsentatione, in qua pater, & filius vna
& eadem persona esse censetur, & quo-
dammodo non extinctus pater videtur,
quando filius remanet, quia eadem ca-
ro, & pars vicerum patris iudicatur, vt
latius supra hoc eodem cap. reliqui pro-
batum: indistinctē potuerit repräsentatio
introduci, atque ad omnem casum
trahi, illo excepto, quando contrarium
institutor maioratus sua dispositione ex-
presserit. Casus etiam p̄sens alijs quo-
que rationibus comprehendī, aut pro
nepote contra patruum, vel contra aliū
consanguineum inter transuersales de-
cidi potuit, & si conditores eius l. de eo
specifice tractassent, aut meminissent,
decideretur: quas perpendunt, atque ip-
fis adducuntur interpretes hi, qui etiam
in terminis iuris communis pro nepote
contra patruum responderunt, nec tan-
ti in casu non expresso ea verba habue-
runt, vt repräsentationē excludere ausi
fuerint, imò eam admitterint, vt ex supe-
rius citatis authoribus, atque eorū fun-
damentis deducitur. Et plures rationes
pro ea parte arguendo, in eisdem termi-
nis vocationis superstis, aut qui super-
stes remanserit, adduxit Antonius Ga-
leatus Maluasia, dict. consil. 22. ex num.
1. vsque ad num. 30. lib. 1. quæ pro confir-
matione, & iustificatione dictæ Taurinæ
l. si hic articulus expressim decideretur
ibi (qui tamen virtualiter, ita deciditur)
possent perpendi. Quanuis pro eiusdē
iustificatione, & iuridica ratione in om-
nibus ibi decisis, satis sit, totum hunc re-
præsen-

præsentationis effectum, & tractatum, in voluntate institutoris maioratus relictum, ut possit ipse sua dispositione expressa inducere, aut excludere repræsentationem, quod si expresse id non fecerit, sua dispositio eiusdem l. decisioni potius consona videbitur, quam contra ria, nec ab ea recedetur in dubio, ut sæpè dictum est.

354 Ipsius autē Taurinæl. constitutio, quā necessaria fuerit in his Regnis, vt tot am bages, & contrarietates cessarēt, & certum ius ederetur, nemo est qui ignoret, atq; ex notatis lōga serie per discursum totius huius tractatus euidenter deducitur, vt pote cum etiam in quæstione pa trui, & nepotis, sic difficilis articulus es set de iure communi, & cōtrarij extitif sent Doctores, vt suo loco supra vidi mus. Ij namq; qui pro patruo cōtra ne potem respondebant, non esse vllū pri mogenituræ ius considerabile, & quod posset aliqua ratione transmitti, si filius viuo patre moriatur, constanter assue rarunt, vt ex relatis supra in eo articulo constat. Et longa serie ostēdit Tiraquel. de primogenitura, quæst. 40. Aluarus Va laucus, de iure emphiteutico, quæst. 50. num. 6. Peralta, in rubrica. ff. de hæred. institu. num. 121. pag. 69. col. 1. cum seq. Auend. gloss. 17. ex nume 5. quem retuli supra, num. 51. ad fin. Ex his autē qui pro nepote contra patrum responderunt, permulti eodem in placito fuere liben ter, & primogenituræ quoq; ius eo casu denegarunt, siue considerauile non esse affirmarūt, vbiunque repræsentatio nō esset, vt ex eisdē quoque authoribus ad quæstionem patrui, & nepotis cōgestis supra, colligitur. Alij verò, atque è con trario primogenituræ ius considerandū in casu proposito, assuerarūt, vt ex eisdem constat authoribus, & ex Auenda. dict. gloss. 17. num. 8. Carolo Molineo, in consuet. Parisien. tit. 1. §. 3. glo. 1. nu. 8. deinde, articulus quoq; ille de iure cōmuni difficilis videbatur, vtrū inquā re præsentationis ius in successione quoq; indiuidua admittendū esset, vt vim ex clusiua haberet, prout supra, nu. 87. in

3. col. ad fin. & 4. col. adnotauit, atque cōtrarias sentētias retuli. Et quāuis ex dec. l. 2. tit. 15. part. 2. in Regni successionē antiqua difficultas cessaret, ea namque lege Regia dispositum est, quod si filius primogenitus moriatur antequā succedit in Regno relicto filio, vel filia primogenitis, quod eius filius, vel filia debeat cōteris exclusis, in Regno succede re: idemque in cōteris primogenijs ex eadem met l. obseruari deberet, vt erudi te admodū, atque copiose ostendit Molin, lib. 3. c. 6. ex nu. 3. vsque ad nu. 28. quia tamen plures lites super huc oriebātur, & frequenter in controversiam deduce uatur, vtrum d. l. 2. decisio ad omnia pri mogenita trahenda esset, vel non, & super hoc quoq; opiniones erant diuersæ: d. l. Tau. 40. edita, atq; promulgata fuit, ex qua omnia dubia suppresserentur, & repræsentationis ius sic ample, & fauora biliter concederetur (vt vides) quod vt plenius, ac melius fieret, personæ parētis, & nō gradus repræsentatio introducta est (vt sēpē dixi) primogenituræ quoque ratio sic habita, vt pluries repe titū est. Et nō modo inter descendētes, sed inter transuersales quoq; , & vsq; in infinitū repræsentatio concessa fuit, nec ad filios fratrū restricta. Et sic inter ip sos etiam transuersales primogenituræ ius cōstitutū, quod Anto. de Butr. & alij interpretes relati sup. n. 177. in fin. & per Auēd. glo. 14. nu. 19. Ioā. Gutie. tract. li. 3. q. 66. nu. 4. denegabāt, quāuis alij cōce derēt, vt Auēd. nu. 20. & Gutie. n. 30. ibidem ostēdunt. Fuit ergo valde necessaria, & utilis eius l. decis. vt dubia p̄fata, & alia sup. hoc eodē c. adducta, cessarēt.

Deniq; necessaria fuit ad effectū earū q. quæ nu. p̄cedētibus agitatæ fuere, & ultimā partē ipsius attinent. Ipsa nāq; si prodita non fuisset, maximum adhuc dubiū remaneret in arti. superiori, quādo superstes tēpore mortis vocatur, in alijs etiā, quando proximiores, aut pri mogeniti, vel maiores vocantur. Post eandē autē l. (vt supra quoq; ostēdi) omnia ea dubia cessarūt (si ipsius intētioni, & decisioni verē, & firmiter, vt debetur

inhæretur) nec superexistentiæ qualitas requisita est. Ut inde cesseret omnino sententia eorum, qui afferebant contrarium, & superexistentiam tempore delatæ successionis requirebant. Et de his hactenus.

Ex capite vigesimo.

S V M M A R I V M .

- 1 **H**IERONYMI de Zauallos obiectioni, & falso propugnatiōni, ut respondeat author, præmittenda duxit nonnulla, quibus eiusdem malitia, & authoris veritas magis euincitur, atque detectetur.
- 2 Authorēm quenque, siue scriptorem neothericum, eorum omnium, quæ recenset, lectura originali non excusari, aliorum autem relatione satisfieri, maximum esse, & detestandum vitium.
- 3 Et eo vicio, verū Zauallos metipse notari posset ab authore in commentarijs de usufructu, & tamen consulto prætermisserit, viderint alij.
- 4 Vere tamen, nec credi posse, nec esse possibile, quod idem author Petri Ricciardij commentaria in titulum institut. de usufructu, nec etiam tractatum de usufructu authoris prælegerit, imò nec quoquo modo viderit.
- 5 Ricciardium namquæ si prælegisset, quomodo ab eo subtrahere omnia authorem diceret, à quo nec verbum unum, nec syllabam, nec aliquid subtraxit, ut hic ostendi-

- 6 tur, & numero 14. dicto tractu de usufructu per authorem, in alium, atque omnino contrarium sensum, ita falso aggregasset.
- 7 Quomodo etiam authores quam plures relatos in dicto tractu de usufructu per authorem, in alium, atque omnino contrarium sensum, ita falso aggregasset.
- 8 Et respuere, atque improbare authorem eos diceret, quos vel expressim probauit, & sequetus est.
- 9 Vel ideo improbare deducitur, quod communes interpretum sententias, & traditiones tueri constanter, & noue duxerit.
- 10 Quo circa non ei satisfacere (satis facto namque, & veritas patet omnibus) sed iustis alijs de causis respondere intendit, prout hic exprimitur, & prouerbiorū locus expeditur.
- 11 Falsi crimen grauiſſimum eſe, imò atrocissimum, ac enormissimum delictum appellari, & ideo acriter puniendum.
- 12 Falsi criminis, & olim, & hodie varias pœnas fuīſe constitutas.
- 13 Falsi crimen committi, quando veritas mutatur, siue alteratur.
- 14 Falsitatem committi, & grauiſſime puniri, cōcurrētibus tribus, quæ hic enumerantur.
- 15 Hieronymi de Zauallos notam aliquam non adiecisse, siue mentionem illius non ita fecisse authorem, ut eum aliquo modo prouocare iuste potuerit, ut latius hic demonstratur, aliaque prenuntiantur contra illum.
- 16 Hieronymum de Zauallos, usufructus materia difficultatem, & subtilitatem, atque ipsorummet iu recon-